NERIVS IN TAC

DUPL.

2955

E.

DUPL.

F

36
15 F
6

Digitized by Google

36.15.F.6

II

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



III

10.7.D.31

ANNOTATIONES IVLII SALINERII IVRECONSVL. SAVONENSIS.

AD CORNELIVM TACITVM.

GENVÆ,
APVD IOSEPHVM PAVONEM MDCII

Superiorum Permiſſu.

36· 15 F·6

2

DOMINICO PINELLO CARDINALI AMPLISSIMO.

IVLIVS SALINERIVS.

NON me fugerat Cardinalis humaniſsime, te (qui ſubeas tot graues pro re Chriſtiana curas) vix vllum tibi tēpus remittere iam poſſe: ſciebam rurſus quam libenter negotia ſa-

cris & aliquando profanis literis interpellares, quas nec Paulus ipſe in tempore dedignatur: vnde enim præterquam inde hęc in eius ſcriptis habemus?

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

vnde ſequentia?

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Proinde non eſt quod quiſquam modum in me velit, ſi tuis nunc oculis ea ſubijcio, quæ in optimi ſcriptoris gratiam concinnaui: dignus equidem Cornelius Tacitus eſt, vt vel ab Antiſtitum doctiſsimo nōnunquam legatur, & ametur. At impias effudit voces aduerſus noſtrā religionem: fateor, ſed odijs ſic apertis, vt

nemi

nemini iam imponere valeat. Verũ enimuero cur ea pręteream us, quibus ille pro nobis in acie ſtetit & aduerſus gentes viriliter dimicauit? Efferebant ſeſe impij, miraculiſque Seruatoris, remedia Veſpaſiani pręcedere poſtulabant: quid ad illa noſter? aperit impoſturas. *medici varie diſſerere, huic non exeſam vim luminis, redituram ſi pellerentur obſtantia: illi elapſos in prauum artus, ſi ſalubris vis adhibeatur, poſſe integrari.* Is etiam aduerſus peruicaces Hebræorum (licet adulatione ad Flauios trahat) atteſtatur, Chriſtum à Prophetis promiſſum eo ipſo ſeculo in Iudæa ortũ eſſe. *Pluribus perſuaſio inerat antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore vt valeſceret Oriens, profectique Iudæa rerum potirentur:*

quæ

quæ ambages Veſpaſianũ ac Titum prædixerãt.

Cęterum ne amplius in publica peccem commoda, hæc mea qualiacunque ſint legas oro, quę mnemoſynon tot beneficiorum ſunt, quibus tu me ſemper vltro affeciſti.

IVLIVS SALINERIVS INGENVO LECTORI.

NOn ignorabam candide lector, pleroſque arrogantiæ daturos, me poſt viros eruditiſſimos manus à Tacito non abſtinuiſſe: quapropter pretium fore duxi, ſi ante rem non nulla præfarer, quibus mei conſilii rationem penitus aperirem. Ego ſemper in ea fui ſententia libros aliquãdo maculis aſperſos circumferri: verum non iis facile manus dedi, quibus omnia polluta ſunt, quibuſque in agro literario.

Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ

non damno tamen, immo in oculis fero, qui parca manu iugulat mõſtra lectionum. quique

Inutileſque falce ramos amputans,
feliciores inſerit.

Quamobrem quid mirum ſi ſic animatus, interdum non magni pleraque feci, quæ ipſi nimis abundè nobis emendarunt? non enim raro Glaucum imitantur.

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Laurea aereis quæ centum, cum ijs quæ nouem bobus parata ſunt.

Res non me fefellerat, ſed eorum deterrebar authoritate: Iuſtinianus tandem impulit his verbis *cum poßit vnius forſitan, & deterioris ſententia, & multos ac maiores aliqua in parte ſuperare*. Qua de re cum verſarem Tacitum delicias noſtras, miratus ſum doctiſſimos viros, nimis indulſiſſe genio Criticorum, idque tam in prioribus eius libris medicea bibliothecæ, quam in cæteris, licet non eiuſdem, nec integritatis, nec antiquitatis. Errori aſſignant iſti, quod Taciti laudi aſcribere debebant: eaque delent, quæ noſter poſt Salluſtium (ambo Thucydidis exemplo) molitus eſt: quæ certe ab iis intacta nunc haberemus, ſi ad ea reſpicere voluiſſent, ad quæ aſpirāt magniloquentiæ ſectatores: qui ſeriò deſpiciunt vſitatum dictionis modum: ſiue quod *nouitas cotidiani, & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuet, & nos à vulgato dicendi genere defendat*; ſiue

ſiue quod ſolum ab eruditis perlegi velint, & vulgus deſiderent ſemotum. ἀσαφῶς δ᾽ λέγων ἀνὴρ ἐπίτηδες ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατός, μὴ δ᾽ εὐτελὴς φαίνηται παντὶ τῷ βουλομένῳ νοούμενος εὐχερῶς, ἀλλὰ τοῖς λίαν σοφοῖς δοκιμαζόμενος, παρὰ τούτοις θαυμάζεται. Tacitus vtique magnitudinem inprimis affectat, quod tametſi clarum ſit, tamen authoritate Plinii firmabo. *reſpondit Cornelius Tacitus eloquentiſſime, & quod eximium orationi eius ineſt* σεμνῶς & ne de ſignificatione σεμνῶς quis dubitet, ἡ σεμνότης ac τὸ μέγεθος idem ſunt quippe quod de cęleſtibus deque rerum natura diſſerere, nomine τῆς σεμνότητος ab Hermogene magnitudini tribuatur: qui ſequitur Phalereum, cui inter grandia περὶ οὐρανοῦ ἢ περὶ γῆς λόγος poſtremũ ne longũ faciã ſequentia pcurre τὸ δ᾽ ἀνάλογόν ἐστιν ἐὰν μήτε περὶ εὐόγκων αὐτοκαβδάλως λέγηται, μήτε περὶ εὐτελῶν σεμνῶς· quapropter quis non ægre ferat hęc interpolari apud noſtrũ ſcriptorẽ? *omneſq; conquiri, & interfici iuſsit, nõ honore Galbæ, ſed tradito principibus more, munimentũ ad preſens, in poſterũ vltionẽ* quis non iſta? *eſt Iudæa inter Syriãq; Carmelus, ita vocant montem Deumq;, nec ſimulacrũ Deo, aut templũ, ſic tradidere maiores, arã tantũ & reuerentiã.* verum reclamat ſupercilių grammaticorũ, ad quorum guſtũ erat ſcribendum. *in poſterum vltio, & ara tantum*: Scilicet id Tacitus curat, ſcilicet

Marcellinus de Thucyd. i. obſcure vir ille ſtudioſe ſcripſit, ne omnibus peruius eſſet, viliorque haberetur volenti facile manifeſtus: ſed vt à valde ſapientibus exploratus ijs eſſet admirationi.

lib. 1. de ideis.

i. ſermo de cęleſtibus deq; terrenis.

Ariſt. lib: 3. Rethor. i. eſt autem proportio, ſi neq, de tumidis demiſſe dicatur neque de vilibus magnificè.

lib. 1. hiſtoriarum.

lib. 2. hiſtor.

cet iis crucem figere optimi ſcriptorum pepercere πρῶτον (Phalereo ſermo eſt de magnitudinem facientibus) τὴν ἀντυπαλλαγὴν ὡς ὅμηρος.

> Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.
>
> Πολὺ γὰρ οὕτω μεγαλειότερον ἐναλλαγείσης πτώσεως, ἢ εἴπερ οὕτως ἔφη.
>
> Τῶν δύω σκοπέλων ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.
>
> συνήθως γὰρ ἐλέγετο, πᾶν δὲ τὸ συνήθες μικροπρεπὲς, διὸ καὶ ἀθαύμαστον.

i.primum enim antypallagen vt Homerus duo autem ſcopuli, hic quidē latum cælum attingit: magnificentius profectò ſic, quam ſi dixiſſet ad hunc modum: duorum ſcopulorum, hic quidem latum cælum attingit: vſitate enim dictum eſſet: at conſuetum humile habetur, eaque de cauſſa nō admirandum.

nec Homerus hæc ſolus auſus eſt: audi Pindarum.

> γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη νεὸν
> πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς,
> οἱ δύω μὲν κάπετον.

Olymp ode 8. i.Glauci vero Dracones vbi excitatus eſt murus nouus in turrim adſilientes tres, duo quidē cecidere.

Thucydides etiam grammaticos omnino faſtidit, circa πτώσεις τῶν ὀνομάτων. quod apud Halicarnaſſeum diffuſius leges: nec eſt inſuetum latinis hoc iter. Saluſtius (ſi Manutio credimus) exarauit. *Sed Pompeius à prima adoleſcentia, ſermone fautorum, ſimilem fore ſe credens Alexandro Regi: facta conſultaque eius quidem æmulus erat* Cicero *dum homines cruenti haſtam illam cruentam meminerit, & ſperabunt*. Sic Horatius, ſeu quod ἑλληνίζειν amabat.

i.nominum inclinationes.
ad Ammæum.
ad frag.Sall.
lib.2.offic.
& Nonius de nu. & caſib.
lib.carm.

> . . . . *abſtineto.*
> *Dixit irarum, calidæque rixæ.*

His contentus eſſe poteras, verum tecum benignius agam.

> μηδ' ὀλυμπίας ἀγῶνα
> φέρτερον αὐδάσομεν,

Pind.olymp.od.1. i.neque olympico certamen præſtantius dicemus (vnde famoſus hymnus contexitur ſapientum artibus, vt celebretur Saturni fi

ὅθεν

(ὅθεν ὁ πολύφατος
ὕμνος ἀμφιβάλλεται
σοφῶν μητίεσσι κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ᾽) ἐς ἀφνεὰν ἱκομένους
μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν.

lius) ad diuitem progreſſos beatā Ieronis domum.

ad quæita Scholiaſtes τῇ αἰτιατικῇ ἀντὶ ὀρθῆς κέχρηται. nempe ἱκομένους pro ἱκόμενοι Scilicet *progreſſos* loco *progreſſi* cuius æmulus vtique erit, qui haud ignorat Pomponium,& Plautum ab eiuſmodi non temperaſſe. *quod lætitias inſperatas modò mihi irrepſere in ſinum.* hæc ille. Plautus quę ſequuntur.

i. vtitur quarto vice primi caſus.

Non. de mutat. declin.

Trinumm.

Me. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum.
Ignota facies, quæ non vſitata ſit.
falſidicum, confidentem.

Nec numeris noſter parcit: quin eodem quo græci, ludo doctus eſt. *ne læti exceſſu Principis, neu triſtior primordio.* nihilominus iam præualuit ſubſtitutio. *neu triſtiores.* qui igitur Pindarum quoque non correxere?

lib. 1. ann.

Olymp. od. 8.

. . . . . . κοῦροι κορᾶν τ᾽ ἀρισ-
τάτων Κρονιδᾶν ἐν-
χώριοι βασιλῆες αἰεί.

i. filij filiarum præſtantiſſimarum ſaturnidarum, indigenę reges ſemper

Scholia πληθυντικῶς εἶπεν, ἐχρῆν γὰρ ἑνικῶς εἰπεῖν κοῦροι τῆς κόρης

i. pluratiue dixit, par enim erat dicere ſingulariter, filij filiæ.

Cur non Thucydidem? βάλλουσαι ἀπὸ τῶν οἰκιῶν τῷ κεράμῳ. quem ſequitnr Horatius.

i. petentes è domibus tegula.

Aut trudit acres hinc, & hinc multa cane

 Apros

Lib. III. *Apros in obſtantes plagas*

& Quintus Curtius *in quos eques triginta millia implebat.* Actiua tandem Cornelius παθητικῶς vſurpat. *Satis potentiæ, minutura quoties gliſcat poteſtas.* τὸ *minutura* id eſt *minuenda*. adſit noſtro Pindarus.

i. paſſiuè.

Olymp. i. gloria autem Olympicorũ certaminum eminus vidit, pro viſa eſt.

. . . . τὸ δὲ κλέος
τηλόθεν δέδορκε τᾶν ὀ
λυμπιάδων.

nec Thucydides diuerſus abit. οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ταῖς σπονδαῖς, οὔτε τόδε. quē Saluſtius comitatur. *ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe*. hæc ſunt amice lector, quæ te ſcire volui, quæque delibaſſe ſufficiat: nam quæcunque alia magnitudini noſter dederit, additis quæ mihi digna viſa ſunt animaduerſione, ſuis in locis opportunius referentur. Cæterum libentius ab omnibus impetratum velim, ne maligne pro ſe dictum quis putet, ſi inuitus ab eo diſſentire, ſuaque refellere coactus ſum. Senſus enim meos ingenuè depromere ſoleo: neque mihi ſum conſcius, me laudem meam in alterius vnquam dedecus quæſitum iſſe. Valeas optime lector & (ſi non magna poſco) faueas noſtro labori.

i. neq; enim illud induciis prohibet, neque iſtud. prohibet vicè τῷ prohibetur.

AD

A D
LIBRVM ANN.
PRIMVM.

Pagina prima.

Dictatura ad tempus ſumebantur. mire in Tacitum conueniunt, quæ de Thucydide ſcripſit Marcellinus μέλει δὲ αὐτῷ καὶ ὄγκου τῶν ὀνομάτων, καὶ δεινότητος τῶν ἐνθυμημάτων, καὶ (ὥσπερ φθάσαντες εἴπομεν) βραχύτητος συντάξεως, τὰ γὰρ πολλὰ τῶν πραγμάτων καὶ λέξει δηλοῦται proinde ne quis mihi hunc legat perfunctorie, nec in eo indiligēter ſit: ſed ad minima qnæque animum attendat: alioqui fruſtra Cornelium tractabit: qui ſolum doctis (vt græcus) concinnauit ſuas lucubrationes.

in eius vita i. curæ autem eſt ei & verborum maieſtas, & enthymematum grauitas, & (ſicut iã diximus) compoſitionis breuitas: multa enim vnica dictione declarantur.

ὦ φίλος, εἰ σοφὸς εἶ, λάβε μ' ἐς χέρας, εἰ δὲ γε πάμπαν ἴδρις ἔφυς μουσίων, ῥίψον ἃ μὴ νοέεις:

εἰμὶ δὲ γ' οὐ πάντεσσι βατὸς, παυροὶ δ' ἀγάσαντο θουκυδίδαν ὀλόρου, κεκροπίδαν τὸ γένος:

lib. 1 Antolog. i. amice ſi ſapis manibus me verſa, ſi vero prorſus neſci⁹ muſarum vitiis, proiice quæ non capis: ſum enim non omnibus peruius paucique admirati ſunt Thucydidē Olori, genere Cecropidam.

cur

cur ergo aliis magiſtratibus omiſſis (qui omnes ad tempus) de dictaturis ſolum dixit *dictatura ad tempus?* putem eo factum, quod poſtea Sylla, Cæſarque in perpetuum ſe ſe fecerint dictatores. ὁ δὲ σύλλας βίᾳ μὲν καὶ ἀνάγκῃ (λόγῳ δ' αἱρετὸς) ἐς ἀεὶ δικτάτωρ γενόμενος. *non enim honores modo nimios recepit, vt continuum conſulatum, perpetuā dictaturam*. aut hiſce verbis *ad tempus* notatur vrgentiſſima neceſſitas, qua dictatores fiebant οὓς δικτάτορας ἐκάλουν τε, καὶ ἐπὶ ταῖς φοβερωτάταις χρείαις ἑξαμήνους τιθέμενοι, ἐκ πολλοῦ διελελοίπεσαν. Eadem quæ noſter, eodemque ſignificatu, Arcadius. *cum apud veteres dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur* at vulgo (ne quid diſſimulē) interpretantur ſex menſes, innitunturq; his verbis. *hunc magiſtratum quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas vltra ſextum menſem retinere*. vera ſunt: ad quæ tamen nō collimauit Arcadius; immo apertiſſime ſenſit cum Appiano.

App. lib. 1. ciuil Sylla vero vi & neceſſitate (licet electus videri vellet) dictator perpetuo fact⁹. Suet. in Cæſ. c. 76.

App. ibid. i. quos dictatores vocabant, qui ſemeſtres in formidoloſis neceſſitatibus creari ſoliti, multum iam temporis in deſuetudinem abierant.

l prima dd. de offic præf. præt.

Pomp. lib. ſingulari Enchiridij DD. de origin. iur. l. ij.

V*Eteris populi Romani.* attribuitur ætas populo *omnis populi Romani ætas, proſperè, aut in metu ſacrauerat*. Cur igirur non dicetur *vetus*? nec nos deterreat ferula Iuriſconſultorum, qui ſubtilius vt inſeruiant quę

Tacit lib. xv. ann.

ſtioni;

ſtioni;ſic de populo verba faciunt. *& populũ eundem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viueret.* valeant igitur, qui dictis de verbis concinnarunt *veteris reipublicæ*. nam caſci ideſt veteres, latini populi dicti ſunt. Alphe. lib. 6. digeſtorum l. lxxvi. dd. de iudic.

Quam primum Caſci populi genere latini. Enn.

D*Onec gliſcente adulatione deterrerētur.* Magni nominis viri fecerunt *deterrerentur*. at ego *deterrerentur* cenſeo retinendum, & ſic interpretor deterrebantur à ſcriptione, non amplius humilia de ſe Auguſto ſentiente: ne aut ſeruilem in modum ſcribere cogerentur, aut intempeſtiua libertate ſe ſe periculis offerrent *poſtquam pugnatum apud Actium, atque omnem poteſtatem ad vnum cōferri pacis interfuit, magna illa ingenia ceſſere.* Cur tunc demum poſt victum Antonium? quia videbant illum ſecundis elatum, ſapere plus quam Ciuilia: nec expectarunt (vt Claudius) correctionem. *Sed & tranſit ad inferiora tempora, cœpitque à pace ciuili, cum ſentiret neque libere, neque vere ſibi de ſuperioribus tradendi poteſtatem relictam, correctus ſæpe & à matre & ab auia.* Quam certè ſeueriorem habuiſſent: nam qui adulatione procul, res Suet in Claud. c. 41.

eius

eius temporis compoſuere;ſaltem ſub Tiberio pœnas dederunt;documento ſit Codrus, qui teſte Xiphilino præcipue damnatus eſt, quod nec Auguſto,neque Cæſari ſublanditus ſit. τόν γε καίσαρα καὶ τὸν αὔγουστον εἶπε μὲν κακὸν οὐδὲν οὕτοι καὶ ὑπερεῖμνυνε. docte igitnr ſimul & vere, Cornelius alibi.*rara temporum felicitate,vbi ſentire quæ velis,& quæ ſentias dicere licet.*

In Tib.ideſt de Cæſare deq; Auguſto non male ſcripſit. ſed eos miris laudibus proſequutus non eſt.

lib.1.hiſtor.

pag. 2.

C. *Nauum id Cæſari* Singillatim Cornelius quędam ſcribit, quæ ab aliis omitti ſolent: ſic apud Suetonium, Vitellius perpetuo abſtinuit Cęſaris cognomento.*cognomen germanici delatum ab vniuerſis, cupide recepit, Auguſti diſtulit, Cæſaris in perpetuum recuſauit.*quod apud noſtrum petitur inter aduerſa. *quin & Cæſarem ſe dici voluit aſpernatus antea.* non te ſubducat ergo Plutarchus, qui facit Auguſtum rem de Liuia reſcire: nā quis vetat nè prius ille acceperit à C. Nauo, vindictamque meditaretur,quę poſtea Liuię querelis maturata ſit? potuit etiam aliud ſenſiſſe Plutarchus de primo nuntio; qui eodem in loco, Martiam ſcribit pręceſſiſſe mortem mariti,quę tamen ei ſuperſtes à Tacito narratur.

lib.3.hiſtor.

de garrulitate.

Iuxta

I*Vxta periculoſo.* Metuebat ne centurione interrogato, ipſe reus fieret: dederat enim codicillos de hac re: & ſic in periculis verſaretur, ſeu vera, ſiue falſa diceret. nam ſi vera, Tiberium authorem faceret, & illinc periculum: quippe quod Cæſar defugere volebat authoritatem: ſi falſa, acriores eũ pœnæ manebant: quid enim fictum prętexere poterat, vt eiuſmodi facinus impune ferret? an Auguſti voluntatem? at hoc nec Tiberio crediderant. *neque mortem nepoti pro ſecuritate priuigni inlatam, credibile erat* τὸ *iuxta periculoſo* ὑπαρκτικῶς. id eſt re pariter periculoſa.

N*E V triſtior primodio* veriti ſunt qui *triſtiores* excudi curauerunt, ne Tacitus manifeſti ſolœciſmi reus foret: at is inſolẽs confundendi numeros non eſt. *apud ſtagna Symbruina, cui ſublaqueum nomen eſt.* nec ante eum Plautus lib. 14. ann.

. . . . Gr. quid tu vis fieri? Moſtell.
Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.
Sicut tu oles, neque ſuperior adcumbere.

neque Terentius. Heautontim.

Bacch. vobis cum vno ſimul vbi ætatem agere
decretum eſt viro,

Cuius mos maximè eſt conſimilis veſtrum, hi ſe ad uos applicant.

lib. 2. & Halicarnaſ. ad Amm. 1. tantum laudes aliorũ quis æquo audit animo quantum eas ſibi factu poſſibiles exiſtimat; cæterum vires ſuas ſiquid anteeat, inuident iã, & non credunt.

quibus præiuit Thucydides μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαι τι ὧν ἤκουσε· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσι.

manifeſtiſſima numeri confuſio, qua dicitur.

audit inde *inuident & non credunt.*

L*Acrimas, gaudium, queſtus, adulatione miſcebant.* alii a*dulationes*. Sed quid his aptius? nẽpe ſimulatores & diſſimulatores iſti, omnes affectus adulatione condiebãt.

Pag. 3.

A*T apud prudentes vita eius extollebatur* Auguſtus ab illis, quibus eius vita erat nota, laudabatur arguebaturque prout quiſque aduerſus Principem affectus erat. Correxerunt itaque prȩterquam

Tac. lib. 1. hiſtor.

quod res hortabatur. *at apud prudentes vita eius extollebatur*. nam recte dicitur *prudens*

id. in agric.

doli, & prudens animorum.

M*Vlta Antonio tunc interfectores patris vlciſceretur*. Mutila hec omnibus viden-

videntur: quę mihi integra ſunt. Thucydides etiam τὸ ὡς ſuppreſſit licet alius ſignificationis ἔτι δὲ τοῖς μὲν σώμασι ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται ad quæ Valla nec aſpirauit. *quinetiam in defendenda Vrbe miniſterio alieniſſimorum quoque vtuntur*. Henricus ſatis habuit, ſi græca, bona ſide repræſentaret. *ad hac corporibus alieniſſimis pro ciuitate vtuntur*. Sed clarius Scholiaſtes λείπει τὸ ὡς, ἢ ὡς ἀλλοτρίοις quamobrem, ad hanc faciem latio illa donarem. *adhac corporibus tanquã alieniſſimis pro ciuitate vtuntur* ideſt diſcrimina pro patria nihili faciũt, ita vt non ſua, ſed aliena corpora periculis offerre videantur. latinos mauis? audi

ideſt vt. lib.1.

i. deeſt vt, quaſi dicat vt alienis.

Epid. Conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum.
Dum rem diuinam faceret cantaret ſibi.

Plaut. Epidic.

An tibi mauis crebrum diſpergam hic?

Ter. Adeph.

Caſar eius dexteram prahendit, conſolatus rogat finem orandi faciat. noſter *non iccirco interrogatum ait, vt diuideret qua ſeparari nequirent, ſed & ſua confeſſione argueretur, vnũ eſſe*. alibi *quidam ſinguli propius incedentes, feriret hortabantur*. quibus adde & *vera ex probrari fatentes, orabant puniret noxios*.

lib.1. comm. lib 1. ann.

SVI milites Hirtium. *Mirum quam hæc arrideant mihi, quamque germanam Tacito redoleant phraſim qui *ſiue* maluere, bona quidem, ſed melioribus deletis attulere. notum ſatis eſt, Hircium Auguſti dolo

Suet. in oct. c. x. cecidiſſe, ſuis à militibus confoſſum. *hoc bello cum Hircius in acie, Panſaque poſt ex vulnere periſſent, rumor increbuit, ambos opera eius occiſos; vt Antonio fugato, Republica conſulibus orbata, ſolus victores exercitus occuparet.* quo fit vt inuidiosè facinus illud exaggerēt, qui Auguſti gloriæ detractum volebant. ſic

Suet. in Cæſ. c. 84. dictatore cæſo *inter ludos cantata ſunt quædam ad miſerationem, & inuidiam cædis eius accommodata.*

Men' me ſeruaſſe vt eſſent qui me perderent?

Tacit. lib. 1. ann. non ignorauit Germanicus aculeum eiuſmodi verborum. *hunc ego nuncium patri læta omnia alijs è prouincijs audienti feram? ipſius tyrones, ipſius veteranos, non miſſione, non pecu-*

Tacit. lib. 4. hiſt. *nia ſatiatos?* nec Cerialis *annumerabor Numiſijs & Herennijs vt omnes legati veſtri aut militum aut hoſtium manibus occiderint* denique non te moueat, quod Octauius iuſſus ſit *comparato exercitui proprætore præeſſe, & cum Hircio ac Panſa qui conſulatum ſuſceperant,*

rant, D. Bruto opem ferre nec ea de cauſſa putes, non rectè de Hircio dici *ſui milites*. clarum eſt enim ὑπάτων συστρατηγούντων, οὐδὲν εἶναι τὸν ἀντιστράτηγον.

App. lib. 3. ciu. i. conſulibus exercitum regentibus nihil eſſe Proprætorem.

Q*VÆ Tedij & Vedij Pollionis luxus.* Non laborem de Tedio, an vnus perditiſſimi luxus, minime vero adeo decantatus vt Vedius Pollio: dicam tamen nonnulla, quæ forſitan facient ad ſuſtinendam veterem lectionem optimi ſcriptorũ, & in paucis Thucydides generibus abutuntur. ἀρσενικῶν δὲ, καὶ θηλυκῶν καὶ οὐδετέρων ἀντιμετάταξεις ἐκβεβηκυῖαι συνήθων σχημάτων, αἱ τοιαίδε εἰσίν, οἷον τὴν μὲν ταραχὴν, ταραχὸν καλεῖ, τὸ θηλυκὸν ἐκφέρων ἀρσενικῶς, καὶ τὴν ὄχλησιν ὄχλον. Sophocles.

. . . . . οὔτε τοῦ κλύων
σάλπιγγος.

vbi Scholiaſtes εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ τὰ θηλυκὰ ἄρθρα ἀρσενικῶς ἐκφέρειν, ἀντὶ τούτης, τοῦ λέγοντες. Ennius

Capitibus nutantes pinos, rectoſque cupreſſos.

. . . . . . νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε κυανέη, τὸ μὲν οὔποτε
ῥοθεῖ.

ad quæ iſta Plutarchus. ἐπεὶ γὰρ συνωνύμως λέγεται νεφέλη καὶ νέφος, προειπὼν τὴν νεφέλην ἐπήνεγκε οὐδέτερον νέφος. *Thucydides.* ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις.

Halicarnaſſ. de Idiom. Thucyd. i. maſculinorum, femineorum, neutrorũ alterationes cõtra latas eorum formas, huiuſmodi ſunt. τὴν ταραχὴν vocat. ταραχὸν virili genere dicens, quod femineo erat proferendũ ſimiliter ꝑ τὴν ὄχλησιν ſcripſit ὄχλον.

Oedip. col. i. neque audiui hunc tubã. i. ſolitum apud Atticos articulos femineos efferre maſculine: pro hac, dicentes hoc.

Gell. lib. 13. c. 29.

Homer. I. nebula eum circumuallauit cærulea, quod quidem nequaquã impetu mouetur.

de vita Homeri. i. quando enim Synonyma ſunt νεφέλη & νέφος, prædicto, τὴν νεφέλην, intulit neutrum. νέφος.

Lib. II. i. valetudo primum Athenienſes adoritur dictũ ſæpius circa Lemnum & alia loca graſſatum eſſe

de

i. femineo genere valetudo, τὸ dictũ autem ſcriptum eſt reſpectu τοῦ νοσήματος.

de quibus agens Scholiaſtes ait, θηλυκῶς ἡ νόσος, τὸ δὲ λεγόμενον ὡς πρὸς τὸ νόσημα ὑπήντησεν quid ſi diceremus *quæ* reſpicere ad luxuriam ſynonymũ *luxus?*

Iuuen. ſatyr. 11.

Refert ergo quis hæc eadem paret, in Rutilo
nam
luxuria eſt.

Dem. ſatyr. 11.

. . . . . . *Sed quis feret iſtas*
luxuriæ ſordes.

lib. 3.

Curtius *cultus Regis, inter omnia luxuriā notabatur*. quod clarius à Nonio (abſque iniuria temporis eſſet) ſcriptum haberemus, *luxuria generis feminei, maſculini. Varr. Manio.* Cætera detruncata ſunt. ad vltimũ addã pro coronide Hebræos etiã eiuſmodi

Genebrard. Pſ. 39.

literis conſignaſſe *quoniam mutatio generum crebro accidit in hac lingua, facta relatione ad æquipollens ſubſtantiuum*. liquet ex pſalmo 131 vbi cum dictum ſit מקום ſubinfertur הנה שמענוה nempe relatio habetur ad eius ſynonymum שריבא *donec inueniam locum domino, tabernaculũ Deo Iacob, ecce inuenimus eam in campis ſyluæ.* hic non inſubide aſcribi

1. locum.
2. ecce audiuimus eam.

lib. primo aduerſ. gent.

poſſunt, quæ de eiuſmodi Arnobius protulit *& tamen o iſti qui pollutas res noſtras vitiorum criminamini ſtribiligines & vos iſtas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis?*

habetis? Non ne aliud hæc vtria aliud dicitis hos vtres? cælus & cælum? non item filius & filium? non item crocus & crocum? non item fretus & fretum? non item apud vos eſt poſitũ hoc pane, & hic panis ? hic ſanguis hoc ſanguen ? candelabrum & iugulum ratione eadem iugulus & candelaber ? Nam ſi ſingula nomina non poſſunt genera plura habere quam ſingula: neque eadem poſſunt huius eſſe generis, & illius (genus enim tranſire genus in alterum non poteſt) tam peccat qui genera maſculina feminis pronunciat legibus quam eo peccatur, qui articulos maſculinos feminis generibus anteponit, at qui vos conſpicimus, & res maſculinas femine, & femineas maſculine, & quos eſſe dicitis neutros, & illo & hoc modo ſine vlla diſcretione depromere; aut igitur nulla eſt culpa indifferenter his vti, & fruſtra nos dicitis ſolœciſmorum obſcœnitate deformes; aut ſi certum eſt ſingula, quibus debeant rationibus explicari, in ſimilibus vitijs vos quoque verſamini; quamuis Epicados omnes, Caſellios, Verrios, Scauros teneatis et Niſos. Si forſan conatus pro Tacito non hic omnino ſucceſſit, adſint

Quos æquus amauit.

nos Tacito cupientes, eũm deuiare non ſuſtinuimus.

pag.

pag. 4.

NON *adeſſe caput Reipublicæ*. diſpungunt & varie caſtigant,& interpretantur. ſua ſibi habeant; nos ita vetera declaramus. Tiberius præditus erat animo ſuſpicaci, eaque de cauſſa ſuccenſet Haterio: nam verba illius præ ſe ferebant non dum eum rei Romanæ potiri. qui iam Imperatorem agebat,licet verbis non aperiret. *literas ad exercitus tanquàm adepto principatu miſit, nuſquam cunctabundus, niſi cum in ſenatu loqueretur*. quæ Haterii verba licet non leuiter excitent ſuſpicionem; attamen verbis ciuẽ ſe ferens,non tantum ad hæc exardet,quantum ſi quis videatur intelligere, ſimulationes diſſimulationeſque ſuas. qua de re cautiores Patrum *quibus vnus metus, ſi intelligere viderentur*, ad vota conuertebantur. inde igitur factum eſt, quod Scauro implacabilius iraſcitur: is enim verbis apertis detexerat, Tiberium ſola ſpecie regnum declinare cum id inprimis cuperet & affectaret. *ſpem eſſe ex eo, non irritas fore ſenatus preces, quod relationi conſulum iure tribunitiæ poteſtatis non interceſſiſſet*. Tiberius (ait) ficte regnum deprecatur: ſi id enim ſeriò ſtudebat, cur non prohibuit Conſules incipere relationem?

cæte-

cæterum ambiguus erat imperandi, & multis de cauſſis: verum ipſemet feſtiuiſſimo adagio ſuam ſollicitudinem delineauit. *cunctandi cauſſa erat metus vndique imminentium diſcriminum, vt ſæpe lupum ſe auribus tenere diceret.* cuius interpretationem Antiphoni Terentiano debemus. is enim de ſua loquēs amica. Suet c. 25.

Mihi domi eſt? immo id quod aiunt, auribus teneo lupum: Phor.
Nam neque vt amittam à me inuenio, neq; vti retineam ſcio.

MOX *celebratio annum ad prætorem.* his prætulerunt *annum et annua.* verum quis exegit? locus iſte non eſt inter illos paucos, qui acceſſunt manus Criticorũ: quamobrem mihi videtur eodem modo Cornelium dixiſſe *celebratio annûm* & *æquitate Deûm erga bona malaq; documenta* quo Terentius lib. xvi. Ann. Heaut. in prolog.

Amicûm ingenio fretum haud natura ſua.
quo Virgilius,
Hæc gens acre virûm Marſos pubemque ſabellam.
Extulit . . . lib. 2. Georg.
quo tandem Plinius, *interrogati an tunc gratis*

lib.v.epiſt.4. *tis adfuiſſet, reſponderunt ſex millibus nummum*. Cæterum prætor cui iuriſdictio inter ciues

Pomp.lib. 2.dd.de orig. iur. & peregrinos euenerat, dicebatur peregrinus, aliuſque erat ab vrbano. *cumque conſules auocarentur bellis finitimis, neque eſſet in ciuitate qui ius reddere poſſet factum eſt vt prætor quoque creatur, qui vrbanus appellatus eſt, quod in vrbe ius dicebat: poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo prætore, quod multa etiã turba peregrinorum in Ciuitatem veniret, creatus eſt & alius prætor, qui peregrinus appellatus eſt ab eo, quod plerunque inter peregrinos ius reddebat*. Vrbanus ergo (vt iis aliquid lucis afferam) inter ciues tantum ius dicebat: peregrinus aduenas moderabatur, à ciuibus abſtinebat, niſi iſtis cum peregrinis, vel illis cũ ciuibus res eſſet. vt ſubobſcurè Pomponius *qui peregrinus appellatus eſt ab eo, quod plerunque inter peregrinos ius reddebat* quæ Clarius noſter *ad prætorem translata, cui inter ciues et peregrinos introductio eueniſſet*. ad vltimum nil aliud eſſe dicemus *celebratio annuum*, quam celebrationem quæ quotannis fieret.

D*VX olim theatralium operarum, & miſcere cœtus ſtudio hiſtrionali doctus*.

idem

idem de his non ſentio, quod eruditiſſimus vir: quin mihi is alius eſt, qui ſe factionibus theatri ſigniferum præbet, ab eo qui regit gregem hiſtrionum: quiquè hic dicitur *dux operarum theatralium*. iſte enim ſumit ſibi ſuoque gregi Comœdias recitandas: quas alii compoſuerunt.

In his quas primum Cecilij didici nouas,
Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti. Terent Hecy.prolog.

Nam nunc nouas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni:
Sin lenis eſt, ad alium defertur gregem. Id. Heaut.prolog.

atqui licet hic ſolum in agendo facundiam conferret.

Sed hic actor tantum poterit à facundia, ibid.
Quantum ille potuit cogitare commodè,
Qui orationem hanc ſcripſit.

attamen addiſcendo multa, multa recitando, non ineptus ad turbas conciendas euadebat: prçſertim apud milites de quibus dici poteſt καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι. quāobrem non nouum, ſi Percennius talibus inſuetus, alloquendo milites conflat tantū conſternationis & ſeditionis.

Thucyd.lib.3.i. faciles quibus ſpecioſis verbis imponatur.

AT ſi quis tot caſus vita ſuperauerit, trahi adhuc diuerſas in terras, vbi per nomē agrorum, vligines paludum, vel inculta montiū accipiant ἡ ἐναλλαγὴ. numerorum Tacito inſueta non eſt: alii redigunt eum intra cancellos grammaticorum, & nobis de ſuo largiuntur. *at ſi qui tot caſus vita ſuperauerit* ve- n
runt tamen vetus ſcriptio non extranea videbitur iis, qui Thucydidem & Salluſtium
Tac. lib. 1. ann. venerantur, *quis* amplectitur vtrunque numerum. *quanto quis illuſtrior, tanto magis falſi & feſtinantes.*

Terent. adelp. . . . . *Æſchinus ego ſum, aperite aliquis*
actutum oſtium.

Iliad. o. 1. multitudo græcorum ad naues reuertebantur. vnde hæc niſi ab Homero?

ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν ἀπονέοντο.

& alibi.

i. hi autem habentes cor forte vlterius omnis volat. οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, πρόσω πᾶς πέτεται.

pag. 6.

II ſepeliant. non admodum religioſè ſcriptores circa pronomina verſantur: proinde non eſt hic accipiendum *hi*

Plaut. Menæch. *Med. Accerſe homines qui illum ad me deferant.*
. . . . . *tu ſeruos iube hunc*
Ad me ferant.

præ-

præſentem dicit *illum*,&c,*hunc*.

Pan. Nam pol mihi grata acceptaque huius eſt benignitas Id. ſtich.

loquitur de viro abſente. *Rhodum ſecedere ſtatuit huc dum hybernis iam menſibus traijcit.* dicere debuerat *illuc*, ſi à pręfinitionibus grammaticorum diſcedere noluiſſet. Suet. in Cæſ. c. 4.

L*Vna clamore pena cælo.* hæc eſt vetus lectio pro qua nobis obtrudunt *clariore penè cælo* vel *claro repente cælo*. Mihi caſtigationes in deliciis nunquàm fuerunt, verum hic omne ſaxum nequicquam moui: ſcriberem *clariore plena cælo*. quaſi milites ea de cauſſa putēt id fortuito uon eueniſſe, quod ſereno cælo, luna iam orbem ſuum perfecta ſubito langueſcere viſa ſit. de luna plena Cęſar hæc *eadem nocte accidit, vt eſſet luna plena* lib. 4. bell gall. poſtremum *clariore* habet vim poſitiui; qnod vel apud alios non rarum eſt.

ἀλλ' ἴθι μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι. Hom. Iliad. a. i. verum abi ne me irrita, incolumior vt redeas.

AElianus καὶ ὁυμοὶ ἥδιον ἔτι μεμνῆσθαι αὐτοῦ. Varr. h. ſt. lib. 2. c. 2 i. Suauius mihi nō eſt plura de illo recenſere.

Virgilius.

Triſtior & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes
Alloquitur Venus. AEneid. lib. 1.

Nobi-

N*Obilitate ingenita.* animus erectus, im potentia quæ plerunque nobilitatem comitatur. *Sed vetere atque inſita Claudiæ familiæ ſuperbia* vnde Petronius Arbiter in Satyr. nobiles eo nomine deſignat *clienſq; cœnas impotentium captet*. ſic de feritate Ciuilis & Claſſici *ſæuitia ingenita, & cupidine prædæ ad excidium ciuitatis trahebantur*. erant enim Germani, qui ad ſœuitiã naſcebantur

Id. de morib. german. *inſitæ feritati arte, ac tempore lenocinatur* ſic Quinto Curtio dicitur *præter ingenitam venerationem* de iis qui natura proni ſunt in Regis cultum. Druſus ergo Claudiæ familiꝗ quamuis dicendi rudis, audacter & impotenter increpat militum conſternationem. *nobilitas* dicta ſignificatione, Plautus tibi ſuppeditabit.

Philocom. Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

Eam nobilitatem amitendam video.

quo etiam non male traheres illud Suetonii de Claudio imperatore, qui ſtupidus ad omnia, & plumbeus erat: niſi quod eum non

Mil. glor. nunquam docebat ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια. nec il-

In Claud. c. 4. i. animi eius nobilitas lud Terentii.

Heaut. *Clit. . . . . attamen*

Habet

Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ,

Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.

hęc prolixius, quia vbique id verbi vertunt in *nobilitate ingenij*. vel *ſæuitia ingenij*.

IN *ſuum cognomentum aſciſci Imperatores*, eruditiſſimus vir *imperaturos* quaſi eo nomine cohoneſtati, in ſpem futuræ ſucceſſionis vocarentur; vt apud Gallos Delphinus. diſſentio, aioque; germanici cognomen nec vigente Cæſarum domo, ſucceſſorem deſignaſſe: (nam ſi ſecus èſſet, Senatus ex ſua libidine ſucceſſuros Auguſto præfiniſſet. *præterea ſenatus inter alia complura, marmoreum arcum cum trophæis via Appia decreuit & Germanici cognomen ipſi poſteriſq; ſuis*. Dio γερμανικὸς τε μετὰ τῶν παίδων ἐπονομασθεὶς, καὶ τιμὰς, καὶ εἰκόνων, καὶ ἀψῖδος, κενοταφίου τε πρὸς αὐτῷ τῷ ῥήνῳ λαβὼν, neque Iulia ſtirpe finita: nam Cęſares dicebantur illi, in quos imperium deuolueretur *Sextus dies agitur ex quo Cæſar aſcitus ſum* loquitur Piſo quem adoptauerat Galba. *debuiſſe Cæſarem in acie ſtare*, agitur de Domitiano etiam dum viuo patre. *eiuſdem anni principio Cæſar Titus* adhucimperante Veſpaſiano. Clarius Dio. αὐτοκράτωρ δὲ ἐπὶ

αὐτοῦ

Suet. in Claud. c. 1.

lib. 54. i. germanicus cum filijs nuncupatus, & honores ſtatuarum, arcus, cenotaphij apud ipſum Rhenum adipiſcitur.

Tac. lib. 1. hiſt.
Id. lib. 4. hiſt.
Id. lib. 1. hiſt.

In Epitom. Xiph. in Veſpaſ. inter hæc Veſpaſianus etiam à ſenatu renunciatur imperator, & Titus & Domitianus Cæſares ~~deſignantur~~. declarantur

αὐτοῖς ὁ Οὐεσπασιανὸς, καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ἀπεδείχθη, καὶ καίσαρες ὅ τε Τίτος, καὶ ὁ Δομιτιανὸς ἀπεδείχθησαν qua de re igitur milites ſic ἀλαζονικῶς gloriantur? quod Tiberius imperator, ideſt rerum dominus, tot victoriarum aduerſus tot gentes compos, cognomen Germanici vt ſolum glorioſum ſibi ſumit. cæterum πλυδηρτικῶς *imperatores* vt *Lollianas Varrianaſque Clades, interfectos Romæ Varrones, Egnatios, Iulos* & vt *annumerabor Numiſiis, & Herēniis, vt omnes legati veſtri aut militum manibus, aut hoſtium ceciderit.*

Panuin. in faſt.

Tacit. lib. 1. ann. Id. lib. 4. hiſt.

pag. 8.

V*T Niuerſa corpora nudant*, alii *vniuerſi corpora nudant*. Sed priora proba ſunt, & ſic accipienda. milites ad eleuandū ſeditionis crimen, exuunt omnia veſtimenta vt Germanicus ſeſe videret, partim vulneribus hoſtium cicatricoſos, partim vitibus centurionum callis & vibicibus inſynceros: quaſi merito in centuriones irruerint viri de Republica tam benemeriti, ab iiſq; tam ſęuiter accepti. verum quid (inquies) retulit tergum denudare, ſi auerſa vulnera dedecori imputabantur? reſponſio ex iam dictis eſt in promptu: nempe ad arguendam Centurionum

num ſæuitiam, qui vites in tergo militum non raro frangebant. *& Centurio Lucillius interficitur, cui militaribus facetijs vocabulum cedo alterā indiderant, quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rurſus alteram poſcebat*. poſtremo in tyronum gratiam *vniuerſum & totum* idem ſunt.

> Ph. *Tandem ego non illa caream ſi ſit opus vel totum triduum? Par. hui. Vniuerſum triduum vide quid agas.* Terent. Eunuch.

P*Romptas oſtentauere* ſcilicet legiones. nemini quicquam debeam, ſi hęc præponam τῷ *promptos*, quod hic inuectum eſt: nam eadem Cornelius vſurpat, quę alibi ſummus ſcriptorum, eiuſque delicium Thucydides; ὅσαι δὲ πόλεις παρέδοσαν λακεδαιμόνιοι ἀθηναίοις, ἐξεῖναι ἀπιέναι ὅποι ἄν, βούλονται αὐτοὺς καὶ τὰ ἑαυτῶν ἔχοντας. cur *ipſos* & non *ipſas?* an quia ciuitas abire nequeat? ne credas.

lib. 5. i. quaſcunque vero ciuitates Athenienſibus Lacedæmonii tradidiſſent liceat ipſos & ſua habētes abire quocunque libitum fuerit.

> *Eamus omnis execrata ciuitas.* Hor.

Salluſtius ſcripſit etiam *Sed antea item coniurauere pauci contra Rempublicam, in quibus Catilina fuit, de qua quam veriſſime potero dicā.* de coniur Catil. noſter denique, ne tibi alius in quæſtione ſit. & *inerat modica militum manus tutela templi freti.* lib. 4. ann. quibus addas *immenſamq; vim mor-* lib. 4. ann.

E *talium*

talium ſpectaculo intentos, aut qui circum adſtabant in præceps trahit, atque operit.

pag. 9.

N*EC minus triſtes qui manebant* ſcilicet amici Germanici, eius ſuamque vicẽ dolentes, quod ſolatio coniugum fraudarentur: par enim erat, has omnes ducis vxorem comitari: rectior itaque vetus ſcriptio, quàm noua caſtigatio *quæ.*

C*Enturionatum inde egit* Eruditiſſimus vir mallet *legit* Sed me diſſentiente: quia *egit centurionatum* nil aliud eſt, quam legit Centuriones in locum cæſorum, de quibus ſupra *proſtratos verberibus multant Sexageni ſingulos, vt numerum centurionum adæquarent.* & hæc ſeditio oritur à prima, & à viceſima legionibus: quæ ſuos Centuriones iam trucidauerant. *agere* pro *legere. regimen ſummæ rei penes Germanicum agendo Galliarum cenſui intentum* quæ ne aliorſum accipias, atque à Tacito dicta ſunt; Eiuſdem ſequentia mihi legas. *interea Germanico per Gallias (vt diximus) cenſus accipienti.* ad vltimum *legere centurionatum* non eſt penitus diſſimile τῷ *legere ſenatum* & ἀναλόγως dicitur, vt *equitatus, peditatus.*

pag. 11.

pag. 11

VT *quondam T. Tatius retinendis.* diſſimilẽ ſui Tacitum faciũt: nam hic, aiunt, ſodales Titios à Tatio inſtitutos dicit, vt Sabina ſacra retineret, in hiſtoriis vero à Romulo memoriæ Tatii ſacratos fuiſſe. *quod ſacerdotium vt Romulus Tatio Regi, ita Cæſar Tiberius Iuliæ genti ſacrauit.* quæ hic, quæ ibi Cornelius ſcripſit, certa & conſona ſunt: vtrobique enim Tatii ſolum mentio fit vt inde ſciretur, quonam exemplo Tiberius hominis de nomine ſacerdotes appellauerit. *quod ſacerdotium vt Romulus Tatio Regi* nimirum viuo, & id exigenti, ad retinẽda ſacra ſabinorum: nam vtriuſque populi ſacra in conſortio regni Romuli & Tatii communicata fuerunt. at memoriæ Tatii Romulum ſacraſſe ſacerdotes, nulla apud ſcriptores aperta mentio. præſtat igitur certioribus incertiora declarare, quam contrà an vero eiuſmodi ſacerdotes Titii, ſiue Tatii dicendi ſint, tuum iudicium lector ſit, quippe qui qui ſcias prænomẽ nomenq; Regis fuiſſe *T. Tatius*, indeq; ſiue *Titÿ* ſiue *Tatÿ* rectè deriuari: quos etiam Plutarchus τατιῶνας vocat: nec hæſites ſi in annalibus habes *Tatius in-*

Halicarnaſſ. lib. 2. & Plutarchus in Romul.

In Rom.

ſtituerat in hiſtoriis vero *Romulus ſacrauit* nam regni ſocietas id operatur.

pag. 14.

ODia in longum iaciens.Tiberius odii tenax erat,quodque diſſimulaſſet,grauius poſtea repręſentabat. *in Haterium ſtatim inuectus eſt, Scaurum cui implacabilius iraſcebatur, ſilentio tramiſit*. his additis ὀργίζετό τε ἐν οἷς ἥκιστα ἐθυμοῦτο, καὶ ἐπιεικὴς ἐν οἷς μάλιστα ἠγανάκτει qua de re Seianus cui id notum, animaduerſo Tiberium ad Agrippinæ facinus apertè non erupiſſe, ſerio coniicit, eam ſimultatem ex illis eſſe,quas is vt præcipuas continere,ſpatioq; temporis cumulatiores expromere ſolebat. auibus ergo perdendi domum Germanici,vl cu srefricat,& laceſſit animum ſatis ſua ſponte exacerbatum *gnarus lentum in meditando, vbi prorupiſſet triſtibus dictis atrocia facta coniungere*, at *in longum iacere eſt extendere, augere* & ſimilia id genus.

Tacit.lib.1.ann.

Xiphil.in Tib.1.Excandeſcebat vbi non valde inf.nſus eſſet,remiſſus videbatur vbi maxime ſuccenſebat.

lib.4 ann.

Virgil.eglog.vlt.

Cauſſando noſtros in longum ducis amores. ideſt cauſſas prętexendo ne carmina referas vltro facis vt ea vehementius deſiderem: verum aliter Seruio viſum,ſed noſtro interpretamento Cornelius fauet. quis nam autem lites mihi conciat ſi μεταφορικῶς, interpretatus

ſum

ſum *in longum iacens* ab iis, qui uallum & foſſas in longum ducendo, ea extendunt, & augent? nemo certè, quia dicta verba commodè non aliter explanari valeant; & metaphoræ plurium magnitudini conferant. αὗται γὰρ μάλιστα καὶ ἡδονὴν συμβάλλονται τοῖς λόγοις καὶ μέγεθος. vel ſi proprie accipere vis *odia in longum iaciens* ideſt differens ſiue prolatans, per me facias licet & ἀντίπτωσις erit pro *odia in longum iacientis* non abſimilis huic *meminiſſent C. Aſinij & Meſſallæ ac recentiorum Arruntij & Eſernini ad ſūma prouectos incorrupta vita & facundia quæ* μετάβασις, amica Thucydidi. εἶπον δὲ τούτοις, καὶ κερκυραίων ἅμα παραπλέοντας, τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιμεληθῆναι.

De quibus agens Scholiaſtes. τὸ ἑξῆς ἦν παραπλέουσιν, ἀλλὰ μεταβάσει ἐχρήσατο ἀπὸ δοτικῆς ἐπὶ αἰτιατικήν.

Demet. i. iſtæ enim orationem maxime impertiunt voluptate, & magnificentia.

lib. 3. i. dixerunt autem his, & vnà Corcyrēſium adnauigantes qui in ciuitate, curam habere. i. conſequens erat adnauigantibus; verum tranſitu vſus eſt à tertio in quartum caſum.

AD

A D
LIBRVM ANN.
SECVNDVM.

pag.19.

E*RRatumque in eo quod non ſubuexit*. Eruditiſſimus vir neque in ſecundis curis mihi ſatisfac.t: an aliis neſcio: qua de re non paucis abſoluam lectorem. Germanicus in ore fluminis Amiſiæ dexterà milites expoſuit, nauibus ibi ſiniſtrà relictis, qua ſtatio ſortaſſis erat, mediterraneaq; petit, cum potuiſſet aduerſum flumen nauigando æſtuaria vitare, quæ proximis in locis alluuionibus Oceani relinquuntur: id enim ſibi vult ſubuehere: nimirum aduerſo flumine progredi. *Sed Grrmanicus non dum com-*

Iac.lib.2.ann.

pertoprofectionem eam incuſari, Nilo ſubuehebatur orſus opido à Canopo: Sed quis nam amabo error iſte, qui Germanico non temerè vitio datur? an duo, vel tres Bataui in æſtuariis hauſti? nugæ: quid ergo? plures dies abſumſit, dum pontes æſtuariis ſuperandis parat: quamobrem tardius reuertens, & hyeme iam appetente depræhenditur in Oceano, procelliſque fœdis agitatur, quod militibus ſubuectis non accidiſſet; nam maturius Oceanum ingreſſus eſſet. Miraris opinor quod hyemem dixerim Tacito ſcribente. *Sed æſtate iam adulta, legionum aliæ itinere terreſtri in hybernacula remiſſæ plures Cæſar claſſi impoſitas per flumem Amiſiam Oceano inuexit* ſcias velim apud Germanos hyemem fuiſſe prematurã, *iuuari breui æſtate & præmatura hyeme* autumnumque cognitum non fuiſſe Tac.lib.2.ann. *hyems & ver & æſtas intellectum, ac vocabula habent, autumni perinde nomen ac bona ignorantur.* Id.de mor.german

pag. 27.

Igitur alique, quæ ibi varietate fortunæ, & noſtri origine veneranda, relegit Aſiam. Aſperitas compoſitionis magnitudini non parum inſeruit. ὥσπερ γὰρ ὄνομα τραχὺ μέγεθος ἐργάζεται,

Demetr. Phal. ὄυτω συνῴδειν hinc apud Thucydidem compoſitio τραχύτητος ἔυσα μεστὴ, καὶ ὑπερβατική. qua de re nemi-

i. etenim aſperum nomen magnitudinem facit, ita compoſitio.

nẽ audio, cui ſine ſpe reſtitutionis hęc deplorata ſunt: noſter enim aſperauit compoſitionem magnitudinis gratia, quod etiam Thucydides.

Marcell. in vit. Thucyd.

i. aſperitatis plena & hyperbatica.

ὑπερβατικώτερον. fecit τούτων μὲν Βρασίδας ἔχων ἐπὶ Κερδυλίῳ ἐκάθητο ἐς πεντακοσίους, καὶ χιλίους. vel ſi nimis durum videtur auribus delicatis, dic (cum doctiſſimo viro, cum quo tamen mihi non cõuenit de loci corruptione) huiuſmodi verba loco mota fuiſſe, eaque ſic reſtitue ſuas in ſedes. *igitur relegit Aſiam, aliaque, quæ ibi varie tata fortuna, & noſtri origine veneranda.* eadem propemodum apud alios poteris inuenire.

i. horum Braſidas habens in Cerdylio ſedebat ad mille & quingentos.

Terent. Phorm.

Adeon' rem rediiſſe, vt qui mihi conſultum eſſe optime velit
Phœdria patrem extimeſcam?

quid enim aliud vult, quam Adeon' rem rediiſſe Phœdria, vt patrem extimeſcam qui mihi conſultum optime velit? Nunc recenſeamus Germanici nauigationem, vt res omnis magis in aperto ſit. is ab Ægeo petit Helleſpontum, lituſque Abydi Aſiaticum prius venit, vt viſeret loca Troiana: Indeque ad aliud vehitur, vbi Sextos erat, ibiq; adit Byzanthium & Perinthum: mox intrat

Propontidem, & Euxinum pontum: poſtea reuertens & AEgeum ſecans verſus Samotraciam, vento reflante ad eadem Aſiæ litora iam ſibi viſa reiicitur: ſecundum quæ Colophona tendit. hæc omnia Tacitus, at opus inhærere verbis, quę prægnantia ſæpe ſcribit *relegit Aſiam.* vt.

Talia monſtrabat relegens errata retrorſum. Virg. lib. 3. AEneid.
Litora, Achemanides comes infelicis Vlyſſi.

Ilium vero ſciunt omnes, Romanorum originem fuiſſe, fortunæq; variantis inſigne documentum. Id autem ſcrupuli, quod ab his oriri poſſet. *relegit Aſiam.* Sic vertitur.

. . . Τρῶας τὲ, καὶ ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε.

Homer. Iliad. 3. i. nauibus adijt troianos, & Ectorem.

pag. 28.

O*Pertis odijs.* Eruditiſſimus vir *apertis.* Ego nequeo videre quo pacto odia ab eo aperiantur, cuius ſermo eſt. *qualem ira & diſſimulatio gignit.* neque facile perſuadear, illum ſimultatis affectus effudiſſe, qui precibus contumacibus obiecta ſibi deprecatur. *reſponſum à Piſone precibus contumacibus.* Vterque igitur (quantum in ſe fuit) o-

dia tunc diſſimulauere: verum iis inuitis emicuerunt quædam ſcintillæ animi alienati, quem poſtea Piſo detexit, qui alioquin irę potens non erat. *rarus in tribunali Cæſaris Piſo, & ſi quando adſideret atrox & diſſentire manifeſtus.*

CONdidere id Spartani, ob ſepultum illic rectorem naui Canopum, qua tempeſtate Menelaus Græciam repetens diuerſum ad mare, terramque Libyam delatus: inde proximũ amnis os dicatum Herculi. mox viſit veterum Thebarum magna veſtigia. diſpungit doctiſſimus vir aliter atque ſit ad hoc temporis factum. *diuerſum ad mare, terramque Libyã delatus inde. proximum amnis os* quaſi Tacitus ſit in manifeſta pugna cum Homero, qui Menelaum dicit, adito prius AEgypto, Sidonios, Erembos, inde Libyam deueniſſe.

Lib. 3. Odyſſ. i. Cyprum Phoeniceнq; & AEgyptios cũ pererraſſem Aethiopes adiui, & Sidonios, & Erembos & Libyam.

κύπρον, φοινίκην τε, καὶ αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς αἰθίοπας θ' ἱκόμην,
καὶ σιδονίους, καὶ ἐρεμβοὺς, καὶ λιβύην.

Occurrit itaque, & ſua diſtinctione Tacitum cum Homero ſe credit conciliaſſe. verum diſtinctionibus non opus erat. Germanicus

nicus antiquitatis curioſus adit Canopum, quia ibi Serapidis templum. ἔχουσα τὸ τοῦ σεράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον. intrat Oſ- Heracliū quod ibi templū Herculis μετὰ δὲ τὸν κάνωπον ἐστὶ τὸ ἡράκλειον τὸ ἡρακλέους ἔχον ἱερὸν deinde viſit veſtigia Thebarum. hæc aperte ex vetere diſtinctione: at per nouam, Heraclium non aditur, & Cornelius non oportune verba facit, vnde id nominis ei fluminis oſtio datū ſit. inſuper quid hoc monſtri? Spartanos Canopum condidiſſe cum ex AEgypto in Libyam delati ſunt? immo cum ex Græcia illud oſtium Nili tenuere: nec Menelaus Canopo diſcedens in Libyam ſolum defertur, ſed plures pergentes, quibus omiſſis non video cur tantum Libyam nominauerit. non obſtat quod obiicitur ex verſibus Homeri, nam non eo ordine aditæ gentes à Menelao quo ab Homero ſcriptæ ſunt: Phœnic[illegible] profecto prius (ſi ordini credimus) quā AEthiopes petita fuit, cuius tamen metropolis poſterior recenſetur: non ergo ad amuſſim huiuſmodi carminum res eſt metienda: de Sidoniis equidem Phœnic[illegible] loquitur Homerus, idque de Strabone petas, qui rationem reddit, cur generaliter facta Phæniciæ mentione, de Sid oniis iterauit. adde non inſubi

Strab. lib. 17. i. habens templum Serapidis multa ſanctitate famoſum, & cultu inſigne.

Id. d. loco i. poſt Canopum eſt Heraclium habens Herculis templum.

iæ

iæ

dè dici poſſe, non ſemel in AEgyptum Menelaum reiectum fuiſſe, antequam in patriã ſe reciperet. de vna appulſione, & inde ad alios peregrinatione.

. . ἀτὰρ τὰς πέντε μίας κυανοπρωρείους αἰγύπτῳ ἐπέλασε φέρων
ἄνεμός τε, καὶ ὕδωρ.
ὣς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον, καὶ χρυσὸν ἀγείρων ἠλᾶτο ξὺν νηυσὶν
ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους.

Hom. lib. 3. odyſs. i. atquinq; naues prorinigras ventus ferens, & aqua expulit in Aeygptũ, Sic is quidem ibi multum victus & auri congregans, errabat cum nauibus per homines diuerſarum linguarum.

hæc Neſtor qui iam dixerat ſe à Troia ſociũ reuerſionis habuiſſe Menelaum, primaque tempeſtate ventum plures eius naues in Cretam, quinque reliquas in AEgyptum diſparaſſe. de altera, & inde in patriam proſpera nanigatione.

ταῦτα τελευτήσας νεόμην, ἔδοσαν δέ μοι οὖρον ἀθάνατοι, τοί μ' ὦκα
φίλην ἐς πατρίδ' ἔπεμψαν.

Id. Odyſſ. lib. 4. i. his perfectis redibam, dederunt autem mihi ventũ ſecundum dij, qui me ocius in charã patriam miſerunt.

Hæc Menelaus, cui perfectis Hecatombis contigit reditus innocuus ab AEgypto, nec per tot varias gentes diſpulſus eſt. Quis neget igitur potuiſſe Menelaum prius in Libyam mareotidem deferri, quę AEgypto finitima? *ea quæ ſequitur regio mareotis Libya appellatur AEgypto contermina.* Sed quid coniecturis indulgemus? accepit noſter Libyam pro Africa, vt Tertullianus *Aeon in Atlantico Libyam aut Aſiam adæquans.* Et id

Plin. lib. 2. C. 2.

De Pallio

voluit.

voluit. cum Menelaus ex Europa in Africam reiectus eſt, nempe in AEgyptum eius prouinciam. — Tolom lib. 1. ca. primo

AT que eo cum exercitu regem Ramſem. Mira AEgyptii de ſe prodidere, AEgyptius enim Manetho de ſuo Rege Sethoſi. *ad Cyprum & Phœnicen. & rurſus contra Aſſyrios, atque Medos caſtrametatus, vniuerſos quidem alios ferro, alios ſine bello, terrore magnæ virtutis ſibimet ſubiugauit. his vero felicitatibus eleuatus confidentius incedebat orientales prouincias ſubuertendo.* Maiora de Rhameſte obeliſcus. ἄλκιμος ἄρεως βασιλεὺς ῥαμέσης, ᾧ πᾶσα ὑποτέτακται ἡ γῆ μετὰ ἀλκῆς, καὶ θάρσους. prudens autem (vt in tanta antiquitate) quærere parco quonam tempore vixerit Ramſes iſte, & is ne ſit, qui Plinio dicitur *Ramiſes*. apud quem eruditiſſimus vir contendit eſſe legendum. *Ramſes*: Verum cum Strabonis illud verum ſit τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν παλαιὰν οὖσαν cur ibi deleamus *Ramiſes?* preſertim cum ῥαμέσσες Ioſepho ῥαμέσης obeliſco dictum ſit? id autem nominis aliud eſt à *Ramſe*. vtrunque enim vocabulum *Ramſe* & *Rhameſſes* ſiue *Rhameſtes*, ſiue *Ramiſes*. Regibus AEgyptiis ſunt familiaria. *filium vero Sethonem, qui etiam Rha-*

Ioſeph. lib. primo aduerſ. App. ex verſ. Ruffin.

Amm. lib. 17. i. fortis Martis Rex Rhameſtes cui vi & confidentia omnis terra ſubiugata eſt.

Lib. primo. i. opus non eſt mouere ſcripturã quæ quidem ſit vetus

i. Rhameſſes. lib. 1. aduerſ. App.

Id. d. loco.

Rhameſſes à Rhamſe patris nomine. qui Amenophis, cui cognomentũ *Rhamſi*. Et *poſt hanc ſenior è filijs Rhamſes annis ſexaginta ſex*. hęc etiam ſacris literis firmantur *ædificaueruntque vrbes theſaurorum Pharaoni Phitom, &*
Exod.c.1. Geneſ.c.46. כארץ רמסס & רעמסס quorum primum ob impedimentum literę gutturalis qua deficimur, non aliter quimus facere latinum *Ramſes* ſecundum *Rameſſes* nec te ſollicitet quod vtrobique Beatus Hieronymus transferat *Rameſſes*. nam eius tempeſtate Biblia ſacra non dum punctis inſignita legebantur: quæ poſt à Iudęis addita ſunt anno
Gilbertus Geneb. in præfat. ſuper pſa. Chriſti Seruatoris 476. vel 478. ex quibus apertiſſime cognoſcitur diſcrimen à me relatum.

pag. 23.

R*Eperio apud ſcriptores Senatoreſque t* Senatores qui res ſui temporis compoſuere, quorum ferax illud ſeculum, & quorum vnus poſtilla C. Plinius *tradit C.*
Tacit.lib.1.ann. *Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor, ſtetiſſe apud principium pontis, laudes & grates reuerſis legionibus habentem*. nondum enim prorſus in deſuetudinem abierat mos ille,

quo

quo ſolum digniſſimi hiſtorias tractabant. *primus omnium libertinorum, (vt Cornelius nepos opinatur) ſcribere hiſtoriam orſus, non niſi ab honeſtiſſimo quoque ſcribi ſolitam ad id tempus.* non dedecet ergo miſſam facere *ſeniores* eruditiſſimi viri ſubſtitutionem. Suet. de clar. Rhet.

AD

AD LIBRVM ANN. TERTIVM.

pag. 34.

NON *fratrem niſi vnius diei via*. Doctiſſimus vir his pręfert *non fratres* quod duo Germanico fratres fuerint natura, aut adoptione, iidemque Terracinam vſque obuiam profecti ſint. *Druſus Terracinam progreſſus eſt cum Claudio fratre*. non ſui, non hiſtorię obliuiſcitur noſter, ſed primo loco loquitur vt hiſtoricus, poſteriore vicem gerit eorum, qui Tiberiū maligne carpunt, ſuaque id facit ſibi ſolita obliqua oratione. Obtrectatores autem ea de cauſſa de Claudio ſilent; quod erat de-

ſpectus, & inter aulæ ludibria, vndeque parum nihilue decoris Germanico: niſi forte Claudium putas ab eo moribundo his verbis deſignatum fuiſſe *referatis patri ac fratri quibus acerbitatibus dilaceratus quibus inſidijs circumuentus miſerrimam vitam peßima morte finierim*. Iidem non tamen Druſum tranſmittunt, immo ex modo eius occurſus, Tiberii aduerſus Germanicum ſimultatem, & inuidiam metiuntur. Quam autem Claudius vixerit omnibus deſpicatus, de Suetonio diſce. *Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, Auia Auguſta pro deſpectißimo ſemper habuit.* Tacit. lib. 2. ann. In Claud. c. 3. 4. 5.

pag. 35.

S*Cripſiſſent expoſtulantes.* Scilicet ſenatorũ plerique indigne ferentes iudicii moram: id enim ferè poſtulat *expoſtulantes*. Terent. Adelp.

Mit. Qui ita putant ſibi fieri iniuriam vltro
Si quam fecere ipſi, expoſtulant,
Et vltro accuſant.

At omnibus hæc deplorata ſunt: quid agimus? deſiſtemus Tacito ſuppetias ferre? nequaquã: ſed prius tria mihi dicenda ſunt. Primum τὸ *ſcripſiſſent* poſitum loco *feciſſent ſcribere* eo modo quo dicitur *decumum quenque*

Tacit.lib.3.ann. *ignominioſæ cohortis ſorte ductos fuſtè necat.*
Id.lib. 4. ann. quoque *ſimul principes Muſulamorum defe-
ctionem cœptantes ſecuri percutit.* Et quo apud
Eſth. i.fecit lignum hebræos ויעש העץ adde. *dein percurſus Vitel-
lius & Aſiatici in rempublicam officijs, recentique
aduerſus Britanniam militia, quæque alia conci
liandæ miſericordiæ videbantur, liberum ei mor
tis arbitrium permiſit* ideſt curauit vt Claudius permitteret. Secundum, ſenatus aliquãdo reum ita male oderat, vt indefenſum & & inauditum eum damnare ſuſtineret. *traxeratque magnam ſenatus partem, vt indefen-
Tacit.lib. 2.hiſt, ſum & inauditum dedi ad exitium poſtularent.*
Tertium decretum ſiue damnationem cu-
Id.lib.16.ann. iuſque ſcribi, & ad damnatum deferri. *tum
progreſſus in porticum. illic à Quæſtore reperitur lætitiæ propior, quia Heluidium generum ſuum Italia tantum arceri cognouerat: accepto dehinc ſenatuſconſulto.* Igitur cum doli quo Germanicus ſublatus eſt, Piſo miniſter ab omnibus haberetur, Senatus eum ſtatim damnare volebat, licet nondum elapſum eſſet triduum, quod Piſoni ad ſui defenſionem permiſſum fuerat. at cur Tiberius, qui eum perdere ſtudebat *ob bellum prouinciæ illatum* non obſequitur deſiderio ſenatus? ne Piſone veneficii, ſiue alterius doli damnato; ipſe apud

popu-

populum àuthor huius rei crederetur, apud quem iam male audiebat. *haud fallebat moles cognitionis Tiberium, quaque ipſe fama diſtraheretur.* De Piſone minime mirum, quippe qui ſemper ſibi à ſenatu metuerat. *quod ne reus quidẽ abnuebat, ſtudia populi & patrum metuens.* Et vanis à Seiano lactatus. ſibi vindicẽ Tiberium promittebat. *ac deſtinatum promere apud Patres, Principemque arguere, ni eluſus à Seiano per vana promiſſa foret.*

pag 36.

ATque illo pleraque ſapienter. Piſo quædam ſcripſit ante mortem, libertoque tradidit. *pauca conſcribit obſignatque, & liberto tradit.* nempe codicillos, quos ab eo in curia Tiberio redditos, ipſe Senatui legit, cum prius de extremis domini à liberto multa percontatus eſſet: at is (vt vulgus libertorum) partim incogitanter, partim cordate reſpondebat. quid? dicemus eiuſmodi cadere in filios Piſonis? non apte quidem: nam Iuuenes erant primæ nobilitatis, innutriti parentum præceptis, qui animos tam excelſos gerebant, & horum vnus iam dederat egregium ſpecimen iuuentutis. *M. Piſo*

repetere Syriam dehortatus eſt, atque vtinam egopotius filio iuueni, quam ille patri ſeni ceſsiſſet prętcrea intento maieſtatis crimine, Piſo talia filiis non iniunxiſſet, quos noxios, innoxioſue ſuarum rerum ſciebat ſatacturum; ea que de çauſſa ſcriptis purgat vtrunque. non negauerim tamen multis à traditione codicillorum interiectis, ſubobſcurum quid exortum: Sed iis magiſtris vſus eſt Cornelius, quorum ſcripta haud vnquam percipere queas niſi recurras, & prouideas. Sinas igitur que inſerit de fallaciis Seiani, cęteraque connecte, omnia clara & liquida ſunt.

pag. 38.

V*Iſi à prtuilegijs*. Diuiſis quę oſcitantia tranſcriptorum in vnum coaluerant, *viſi à priuilegijs*, vbi quæſo corruptio? vbi obſcuritas? Lex Papia Poppæa præmiis, & pœnis inducebat ad matrimonia contrahenda: Ex pœnis (de quarum moderatione hic tantum agitur) vna fuit ne cælibes teſtamento relicta capere poſſent, ſed ea ad AErarium deferrentur. *incitandis cælibum pœnis, & augendo Ærario.* quibus ad texe. *qui iure veteri cælibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur, atque ita viuant*

Ant. Auguſt de leg

Cod. de infirm. cælib. pœn.

viuant, ac ſi numero maritorum matrimonij fœdere fulcirentur; ſitque omnibus æqua conditio capeſſendi quod quiſque mereatur. vtraque ſibi inuicem prælucent, nec poſteriora vulgo ſatis perſpecta ſunt τὸ *vi* pro pœna, ſiue ſuppliciis.

Mit. Et erant longe mea quidem ſententia, Terent. Adelph.
qui imperium
credunt grauius eſſe, aut ſtabilius vi quod fit,
quam
illud quod amicitiâ adiungitur: mea eſt ſic
ratio,
et ſic animum induco meum, malo coactus
qui ſuum
officium facit, dū id reſcitum iri credit tantiſper cauet.

Ordo denique verborum conſtat, nam finita digreſſione de origine progreſſuque legum, deque cuſtodibus ab Auguſto additis, quo ipſæ firmius obſeruarentur redit ad narrationem Legis Papię, eiuſque pœnas tantū recenſet, quia ſolū de pœnis eius minuendis tractabatur. Hæc tibi debeo Reuerendiſſime Anaſtaſi Germoni iuriſconſultorum ac Theologorum decus: quæ licet in remiſſionibus, & ex tempore à te prolata ſint, digna tamen duco quibus aſpergam mea ſeria, &

illu-

illuſtrem: qui enim minus mihi licitum (qui talem ~~vim~~ uirum meritò prorſus ad cultum diligo) eius doctrina iuuari, quam pleriſq; mortalium, quibus de facie notus non eſt? doctiſſimè profecto & elegantiſſimè (ſi quis alius) diuinum & humanum ius interpretatus eſt: nec ab incœpto deterretur, quod penè grauibus negotiis obruatur, quibus Romæ vt Referendarius vtriuſque ſignaturæ, & Orator ſereniſſimi Allobrogum Ducis totus inſeruit.

pag. 43.

R*Emiſſa ædilib⁹ talis cura* Si τὸ *remiſſa* ſic explicamus, vt ædiles ab eiuſmodi cura demoti ſint, quid Suetonio reſpondebimus? *dato ædilibus negotio popinas ganeaſque vſque eò inhibendi, vt ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſinerent.* Si autem permittendi ſignificatu ſicut illud. (In 1 lib. c. 34.)

Manibus & cineri (ſi qua eſt cura) remitto. (Virg. lib. x. AEneid. & Nonius in v. remiſſum.)

Alio in luto verſamur, nam ædiles ſolentes incumbebant in curam annonę, & cibariorum *annonam curamus, & ædilem gerimus* ait Amicus Apuleio, qui piſces nimis caros prę ſtinauerat: nec dicemus (niſi ſubfrigide) non (Apul. li. 1. Aſin. aur.)

nulla

nulla quibuſdam permitti,qui ea per ſe iam facere poterant.His igitur euitandis accipiamus *remiſſa* id eſt reiecta denuo in ędiles: ii enim ſenatum, Senatus Tiberium conſulere,à quo ædiles iuſſi ſunt propriã curam ſubire. *remittere* dicta ſignificatione *integrãq; cauſſam ad ſenatum remittit.*At contentioſis τῶ ἀντιπτώσει ſatisfaciemus.

Q Vis Sergius Galba rerum adeptus eſt. Notha ſunt viro doctiſſimo, qui reſtituit ab ingenio.*rem Romanam adeptus eſt.* non σολοικίζει Tacitus,ſed θουκυδιδίζει,aqud quem legimus ὁ δῆμος εὐθὺς ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα περὶ ὀργῆς ἐχώρει ἐπὶ τοὺς πελοποννησίους, καὶ τὰ ἐναντία σφίσι μετ' αὐτῶν πράξαντας, καὶ προσπεσόντες τρέπουσι ἅμα μὲν μάχῃ αἰφνιδίῳ, ἅμα δὲ τοῖς ἀθηναίοις τῶν πυλῶν ἀνοιγομένων φοβηθέντων.

Lib. 4. i. populus armis ocius arreptis animo irato in Peloponeſi. ferebatur inque ſuos qui diuerſæ factionis erant, & facta impreſſione vertunt in fugam cum prælio repentino, tum portis Athenienſibus apertis territorum.

ad quę Scholiaſtes φοβηθέντων ἀντὶ τοῦ φοβηθέντες lege meo periculo φοβηθέντας ſimilia latinis auribus Afranius obtulit.

i. territorum pro territi.

i. territos.

Optandum vxorem, quæ non vereatur viri.

Apud Nonium.

Verum hæc nobis in mundo ſunt, ne foras quęſitum eamus. *nihil abnuentem dum dominationis apiſceretur.*

Tacit. lib. 6. ann.

V*Erum hæc nobis maiores certamina ex honeſto maneant.* Ea quibus de virtute cum maioribus certamus , nec cedimus : quod optat haud ignarus cum Venuſino vate vitii naturę humanę.

Mox progeniem vitioſiorem.

Lib.3 hiſt. Conuertit ſe ad maiores, vt infra ad Romanos omnes. *quibus armorum cauſſis, quę tantæ cladis pretio pro patria pugnauimus?* Verum in quem vſum timor iſte? iam eò ſub Domitiano ventum erat, vt nil peius timeri poſſet.

Iuuen. Sty. 1.

Nil erit vlterius quod noſtris moribus addat
Poſteritas, eadem cupient, facientque minores.

Non hæc, non Annales Tacitus viuo Domitiano cōpoſuit, ſed eo mortuo, cum iā virtutes quaſi poſtliminio ſub optimis Principib⁹ remanerent

Lib.11.ann. *vtriuſque principis rationes prætermitto ſatis narratas libris, quibus res Domitiani imperatoris compoſui* Et *nunc demum redit animus,* &

In Agricol. *quanquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu Nerua Cæſar res olim diſſociabiles miſcuerit principatum, & libertatem*. quid autem virum doctiſſimum ſollicitauit? Dauus ego non Oedipus neſcio.

Porro

Porro ſi hi duxiſſent prouincias non hęc rectè corruptionis arguuntur, *ducere pro regere* cuius παθητικόν.

Ducuntur omnia Dei nutu. Plaut.

Indeque *ducatus* vt regimen *priuignum Ruffinum Criſpinum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus, & imperia ludere* iunge *oſtento ſibi ac maioribus ſuis in omni ducatu expertiſſimo* Suet.in Nero.c.34 Id.in Tib.c.19.

Sic moderatio legionum, exprimitur, *aduentu deinde duarum legionum, è quibus tertiam Dillius Aponianus, octauam Numiſius lupus ducebat.* ad quæ faciunt. *ſex millia Dalmatarum recens dilectus comitabantur, ducebat Poppæus Silanus conſularis.* Tacit.lib.3.hiſt.

pag. 45.

Minutura quoties gliſcat poteſtas. Doctiſſimus vir diduxit, & ſcripſit *minui iura* ex quibus, νόμων quam Tiberius prę oculis non habuit: nam legibus, quæ in facta cōſtituuntur, nihil damni contingere poteſt ex prouiſu principis, ne peccaturi in prouinciis mitterentur. ad quid igitur ea dixit? imperatorem diſſimulabat, nec latum vnguē ab artibus Auguſti diſcedebat. deprecatur itaque vim maiorem, quaſi tantum Reipublicę princeps eſſe velit, & ſic ratiocinatur.

optime mea, cum onera tum potentia præfinita ſunt, vtque Romanum Principem decebat: ſi quid additis, regis id erit, nec nobis tolerandum. Quamobrem ea in me parcite conferre, quæ toties à me irrita fient, quoties à vobis decreta fuerint ad vltimum *minuere* παιδητικῶς.

Hom. i. minuit tibi cor ſociorum. pro minuitur.

. . . . . μινύθει δέ τοι ἦτορ ἑταίρων.

Cæſ. lib. 3. Gall.

Neque pedibus aditum habeant cum ex alto ſe æſtus incitauiſſet, quod bis ſemper accidit horarum 12. ſpatio, neque nauibus, quod rurſus minuente æſtu naues in vadis afflictarentur.

pag. 46.

ILli quod præturam intra ſtetit, commendatio ex iniuria. Antiſtius iſte Labeo agebat incorrupta libertate. *ſed agitabat,* (ait aduerſarius eius Ateius) *libertas quædam nimia, atq; vecors, vſque eò vt D. Auguſto iam principe, & Republica obtinente, ratum tamen penſumq; nihil haberet, niſi quod iuſtum, ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* hæc ille qui Auguſto ſeruilem in modum ſubblandiebatur, nec ſub Tiberio dedidicerat morē inueteratum, *recipi Cæſar inter reos vetuit, palam aſpernante Ateio Capitone quaſi per libertatē, non enim debere eripi patribus vim ſtatuendi,*

Apud Gell. lib. 13. cap. 12.

Tacit.

neque

neque tantum maleficium impune habendum: ſanè lentus in ſuo dolore eſſet, Reipublicæ iniurias ne largiretur. intellexit hæc Tiberius vt erant magis, quam vt dicebantur. Suetonius agens de Pomponio Marcello. *hic idem cum ex oratione Tiberium reprahendiſſet, affirmante Ateio Capitone, & eſſe illud latinum, & ſi non eſſet, futurum: certè iam inde mentitur Capito, tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes.* ſed qua nam iniuria affectus Labeo, ſi ei quoque conſulatus oblatus eſt ab Auguſto? *ex his Ateius Conſul fuit, Labeo noluit, cum offerretur ei ab Auguſto cõſulatus, quo ſuffectus fieret, & honorem ſuſciperet.* putabam Labeonem ſuffici noluiſſe, nam ſuffectus is plerunque dicitur quem ſubſtituunt in locum vita functi: idque (opinor) non erat in ea dignatione, qua electio prima, ſuffectus enim nomen famę non tantum inſerebat, quam primus, quod omnia nomine demortui ſemper ſignabantur. verum nihil promouemus, quia Ateius etiam inter ſuffectos recenſetur. vtri horum credam? Cornelio, cum propius vero ſit Auguſtum procul eum à conſulatu voluiſſe. vt hominem præfactæ nimis, & inuictę libertatis: nec eſſet abſurdum ſi diceremus Pompo

De clar. gramm.

Pompon. li. 1. DD. de orig. iur.

Onufr. in faſt. ann. V. C. Iccclix.

niũ vt Proculianũ ſubblanditũ eſſe Antiſtio Labeoni, cuius ipſe ſectã profitebatur, idq; ne aduerſa nẽpe Caſſiana, (quę Ateiũ Capitonem venerabatur) dignatione præcedere videretur. Dixi Pomponium inter Proculianos fuiſſe, hæc me induxerũt. *Põponius lib. 21. ad Qu. Mut. Si negotia abſentis, & ignorantis geras & culpam, & dolum præſtare debes: Sed Proculus ait interdum etiam caſum præſtari debere*. En hic Pomponius Proculũ ſequitur, quod nõ feciſſet ſi vnus ex eius ſectatoribus non fuiſſet, cum aliàs diuerſæ factiones acerrime inter ſe digladientur. at ſequentia aduerſantur. *Pomponius lib. 11. ex var. lect.*

DD. de negot. geſt. l. 12.

DD. de recep. arbitr. l. 40.

Arbiter Calendis Ianuariis adeſſe iuſſit, & ante eum diem deceſſit, alter ex litigatoribus non adfuit: procul dubio pœna commiſſa non eſt: nam & Caßium audiiſſe ſe dicentem, Ariſto ait in eo arbitro, qui ipſe non veniſſet non eſſe commiſſam. Ecce eum tibi Caſſianum. non decedam tamen de ſententia, duos enim inuenio iuriſconſultos nomine Pomponios. *Pomponius lib. trigeſimo nono ad Edictum ſcribit.*

DD. de rei vindic. l. 24.

Si vero cuſtodiendus fuit, etiam ipſius nomine damnari debebit, vt tamen ſi vſu eum non cepit,

pit, actor ei actionibus ſuis cedat. Iulianus autē ait in ijs caſibus vbi propter fugam ſerui poſſeſſor abſoluitur, & ſi non cogitur cauere de perſequenda re, tamen cauere debet poſſeſſor, ſi rem nactus fuerit, vt eam reſtituat: idq; Pomponius libro trigeſimo quarto lectionum probat, quod verius eſt.

S*ED præfulgebant Caßius atq; Brutus, quod effigies eorum non viſebantur.* immo viſebantur. *quo modo imaginibus ſuis noſcuntur, quas nec victor quidem aboluit.* habebantur domi, & in publico, ſed vt maieſtatis damnatorum in funeribus non pręferebantur. *tum Cotta Meſſallinus, ne imago Libonis exequias poſterorum comitaretur cenſuit.* hæc autem duo lumina Romanę gentis parricidę dicebantur. nec fidem abrogat iam dictis, quod cultor domi Caſſianę effigiei peſſundatus ſit, imperator enim arripuit anſam perdendi ex inſcriptione. *Obiectauitq; Caßio, quod inter imagines maiorum, etiam C. Caßij effigiem coluiſſet, ita inſcriptam Duci partium.*

Tacit. lib. 4. ann.

Lib. 2. ann.

AD LIBRVM ANN. QVARTVM.

pag. 48.

H*Aud minus noxiæ*. Noxia ſunt in eo, qui (vt Seianus) affectat imperium, largitio, & luxus, nam voti cõpos, ſupplet per ſcelera, quod ambitione exhauſtum fuit. Sic æque damnoſę ſunt induſtria & vigilantia ſimulatę, quia poſt in contraria
Tacit. li. 1. hiſt. vitia grauius erumpunt. *Otho interim contra ſpem omnium non delicijs, neque deſidia torpeſcere, dilatæ voluptates, diſsimulata luxuria, & cuncta ad decorem imperij compoſita: eoque plus formidinis afferebant falſæ virtutes, & vitia reditura.* inde etiam Tiberius. *quanto intentus*

olim

olim ad publicas curas, tanto occultior in luxus, & malum otium reſolutus. hęc ſibi noſter deriuauit de Salluſtii fonte. *Scio ego Quirites, pleroſque non iiſdem artibus imperium à vobis petere, & poſtquam adepti ſunt gerere, primo induſtrios, ſupplices, modicos eſſe, deinde per ignauiam ætatem agere.* In Iugurt.

M*Etus crederetur.* Doctiſſimus vir *dederetur* vel *dideretur*. idque non hic tantum, ſed vbicunq; hoc verbi inuenitur. reor τὸ *crederetur* licet *credetur* leui macula legatur in Flor. idem valere quod *eſſet* vt *credebatur* pro *erat. cui* ~~*tamen*~~ *aſperitatis etiam aduerſus leuia credebatur* vbi ſi ſubſtituas *dederetur* ſiue *dideretur* nugas egeris magnas. Verum audi eadem Greco ſermone. ὥστε τὰ παραγγέλματα, καὶ ἀθρόους, καὶ διὰ ταχέων λαμβάνειν, καὶ φοβεροὺς πᾶσιν ἅτε καὶ ἐν ἑνὶ τείχει ὄντας εἶναι. Tacit. lib. 11. ann. tantum

Xiph. in Tib. i. vt congregati citius iuſſa capeſſerent, & omnibus (velut vnis in caſtris) formidabiles eſſent.

pag. 49.

C*Ommunes illi cum familia Druſorum fore nepotes.* hic memoria in Tacito deſideratur, quaſi ea defectus, ſcribat, Druſum queri de re quæ iam prętererierat. ſi enim (inquit doctiſſimus vir) anno ab V. C. 773. M. Va-

M. Valerio,& M. Aurelio Coſſ. *filio Claudij ſocer Seianus deſtinatus eſt.* iſque moritur paucis poſt diebus *Druſum Pompeium puberem amiſit, piro per luſum in ſublime iactato, & hiatu oris excepto ſtrangulatum, cui et ante paucos dies filiam Seiani deſpondiſſet* ἀλόγως ſanè Druſus anno poſt vrbem conditam 776. C. Aſinio C. Antiſtio coſſ. dicit *communes illi cum familia Druſorum fore nepotes.* non enim amplius Druſus ille Pompeius luce fruebatur. hęc aut ſimilia doctictiſſimus vir per quem Tacitus in maxima culpa: mihi vero innocens eſt, eumque ſic vindico ab ea nota. aliud eſt, *ſponſa* aliud *deſtinata, Sponſa* non dicebatur ante ſtipulationes. *qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat itidem ſpondebat. is contractus ſtipulationũ ſponſionumque dicebatur ſponſalia: tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur, & qui ſpoponderat ducturum ſponſus.* at *deſtinata* ea erat, quam pater alicui ſe daturum præ ſe ferebat, ſed eam nondum deſponderat: quæ differentia non obſcure ex his emergit. *Et poteſt adulterij accuſari, qui Tutor vel Curator fuit, & intra viceſimum ſextum annum duxerit vxorem, non à patre deſponſam, vel deſtinatam*

Tacit. lib. 1 ann.

Suet. in Claud. c. 27

Gell. li. 4. ca. 4.

Mart. [illegible]. 7. DD. ad l. Iu. ad ul.

tam

tam vel inteſtamento denominatam. Dicamus itaque noſtrum reſpicere ad illud tempus cum Seiani filia, filio Claudii ſolum fuerat deſtinata, quo etiam dum viuo non immerito, nec abſurde Druſus id ægrefert: Suetonium vero cum iam biennio poſt plus minus ei deſponſa fuiſſet, poſt quæ breui Druſus Pompeius vita ceſſit.

pag. 50.

OB *atrocitatem temporum*. nam ſæuitia Tiberii pœnas legitimas egrediebatur. *Cæſar obiectam ſibi aduerſus reos inclementiam eò peruicacius amplexus, Aquiliam adulterij delatam cum Vario Ligure quanquam Lentulus Getulicus conſul deſignatus lege Iulia damnaſſet, exilio puniuit*. quid igitur impulit doctiſſ. virum vt ex iis faceret *atrocitatem morum*? án quod hęc phraſis inſolens ei viſa ſit? non reor: is enim de Suetonio, & ad noſtrũ ſenſum deprompſit. *auxit gloriam deſideriumque defuncti atrocitas inſequentium temporum, cunctis nec temere opinantibus reuerentia eius ac metu repreſſam Tiberij ſæuitiam, quæ mox eruperit*. aliud itaque in cauſſa, quod is non aperuit. Legerat (opinor) apud Iuſtinianum. *Sed ſi quidem vis armata arguatur de-* Inſtit. de publ. iudi.

I *portatio*

portatio ei ex l. Iulia de vi publica irrogatur. hincimportuna ei videtur querela de temporum atrocitate, quandoquidem reus legitimam pœnam ſubiuit. quid ſi hęc Vlpiani legiſſet? *damnato de vi publica aqua & igni interdicitur.* Certe nunc eius emendatione careremus. Cæterum arguitur atrocitas temporum, quod cum par eſſet, vt aqua, & igni Sereno interdiceretur, Tiberius indulgens inclementiæ, cum in inſulam deportauit: quod vtique grauius erat interdictione. Interdictus enim non prius amittebat Ciuitatem, quam inter ciues eius cooptaretur, in qua ſedem fixiſſet. *Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quã erant in eã recepti, quo vertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſſa venerant, id autẽ vt eſſet faciendũ, non adẽptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebãt.* noſter. *namq; eũ legibus pulſum, ciuẽ Smyrnei ſibi addiderant.* agitur ibi de Vulcatio Moſcho, qui poſt interdictionẽ in ciuem à Maſſilienſibus aſcitus, bona ſua teſtamento patriæ reliquerat: dubitatum, nũ Romani potiores Maſſilienſibus, an cõtra: prǽlati Maſſilienſes, quoniã Moſchus non eſſet amplius inter ciues Romanos. *Tunc tractata Maſsilienſium preces, probatumque*

l. x. DD. ad l. Iul. de vi publ.

Cic. pro dom. ſua.

tumque P. Rutilij exemplum: namque eum legibus pulſum, ciuem ſibi Smyrnei addiderant, quo iure Vulcatius Moſchus exul in Maßilienſes receptus bona ſua Reipublicæ eorum vt patriæ reliquerat. Deportatus autem ſtatim à ſententia ius ciuitatis exuebat. *Sed Præfectus vrbi ius habet deportandi, ſtatimque poſt ſententiam Præfecti amiſiſſe ciuitatem videtur.* Vlp. l. 11. DD. de pœn. Poterat interdictus (niſi aliud in ſententia fuerat additum) ſe vbicunque conferre: at non licitum deportato ſuperare certos fines. *deportati debent locis interdictis abſtinere, alioquin in inſulam deportato pœna capitis irrogatur.* l. 4. DD. de pœn. Poſtremum ἡ ἀντινομία imperatoris & Vlpiani ſic ſedatur. Iuſtinianus reſpicit ad ſua tempora, quando deſita interdictione deportatio tantum vigebat: vel is (licet pœnæ variaſſent) de iis agit, quaſi iure vetere ad illum modum præfinitę fuiſſent. Sic pœna legis Iuliç de adulterio apud Imperatorem eſt vltimum ſupplicium. *item lex Iulia de adulterijs coercendis, quæ non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit.* Inſtit. de publ. Iud. quæ certe mitior fuit ab Auguſto promulgata. *adulteroſq; earum morte aut fuga puniuit; nam culpam inter viros ac feminas vulgatam, graui nomine læſarum religionum, ac violatæ maieſtatis appellando* Tacit. lib. 3. ann.

pellando, clementiam maiorum ſuaſq; ipſe leges egrediebatur.

pag. 51.

E*T quando exiret è iure patrio.* Aſſentior Vertranio, cui locus integer: hęc eſt enim tertia, & vltima cauſſa deſitæ confarreationis: prima in incuriam, ſecunda reiicitur in difficultates. *& quando* vt *Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper reſponſum aduerſus Seruium Maluginenſem flaminem dialem promſit Cæſar.*

Lib. 3. ann.

pag. 51.

Q*VÆ moribus corruptis perinde anceps ſi nulla, & vbi nimia eſt.* Gnome ſub Tiberio veriſſima, & alibi à noſtro diuerſis verbis exarata. *Scilicet ille qui libertatem publicã nollet, tam proiectæ ſeruientium patientiæ tedebat.* quodnam igitur ſub eo tutũ iter? quod inſtitit Lepidus ſummæ ſapientiæ vir, triuitque. *Liceatque inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium pergere iter ambitione et periculis vacuum.*

Lib. 3 ann.

S*ED liberalitas Auguſti auulſa.* non carẽt obſcuritate, cui tamen ſic obuiam iri poteſt

poteſt. Si à prouincialibꝰ quis repetundarū argueretur,& cõuinceretur,in quadruplum lis æſtimabatur;at hic nemo prouincialium repetebat. Ergo huiuſmodi bona Tiberius ſibi adiudicauit, quod iis potius inhiaret, quæ liberaliter Auguſtus in Silium contulerat; quàm vt ſatisfieret prouincialibus, quorum nemo res perſequebatur. Cuiac. in paratitl.

QVÆ *fiſco petebantur*. Quì fit vt fiſcus eius inuadat bona,qui ſua manu damnationem prçuerterat? *nam promtas eiuſmodi mortes metus carnificis faciebat, & quia damnati publicatis bonis ſepultura prohibebantur: eorum qui de ſe ſtatuebant humabantur corpora, teſtamenta manebant, pretium feſtinandi*: Silius in reatu maieſtatis mortem ſibi conſciuit, *ſed cuncta quæſtione maieſtatis exercita*. Labeo concidit aliis de cauſſis. *atque illū quia male adminiſtratæ prouinciæ, aliorumq; criminum vrgebatur*, diſcrimen haud abſimile etiam fuit reis obeuntibus mortem naturalem. *is qui in reatu decedit: integri ſtatus decedit: extinguitur enim crimen mortalitate, niſi quis forte maieſtatis reus fuit*. Tacit.lib.6.ann. Vlp.l.fin.DD.ad l. Iul.maieſt.

pag.

pag. 52.

P*Er immodicas inimicitias*. Niſi doctiſſimus vir admonuiſſet, non hic (ne paululũ quidem) reſtitiſſem: verum cum is iſta in ſuſpicionem vocet, non abſurde hic aliquantum immorabor. Seuerus erat in paucis clariſſimus Orator: ſed inimicitiarũ appetens vt Trio. *nam Trio facilis capeſſendis inimicitijs, & foro exercitus.* eſq; ſine modo exercens: quapropter à Tiberio ſeponitur in Cretam. *vt iudicio iurati ſenatus Cretam amo ueretur effecerat*. quo in loco veteres artes non oblitus, interdicto aquæ & ignis in Seriphium Saxum clauſus eſt: ſed cur Tiberius qui nimis delatoribus fauebat, hunc diſtrictum accuſatorem ſepoſuit, & interdixit? Reſpondet noſter. *qui ſcelerum miniſtros vt peruerſ ab alijs nolebat, ita plerunque ſatiatus & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraues afflixit.*

Tacit. lib. 5. ann.

P*Erculſa gens*, & *culpæ neſcia*. Licet hęc gens latrociniis infamis eſſet. *Garamantes exciuerat gentem indomitam, & inter accolas latrocinijs fecundam*. nihilominus ea in eiuſmodi populationibus erat extra crimen: quod eorum Rex. clam cæteros, proprium

Tacit. lib. 4. hiſt.

prium ſatellitium Tacfarinati ſuppeditauerat.*non vt cum exercitu incederet, ſed miſſis leuibus copijs.*ideo.*neſcia culpa.*at non congruit vt præſentes fugeret, quod longinqui non ignorabant.*quæ ex longinquo in maius audiebantur.*Quid ſi Garamantes ad eam faciem regnabantur, qua nunc Sarmatæ? *legati Garamantum* non *legati Regis Garamantum* potuit itaque Rex gente non conſulta, latrociniis operam dediſſe: at illa. *neſcia culpa*. dicitur, quod ſuo conſenſu id factum non ſit.

Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ. Virg. li. xi. Aeneid.
Deſcendam . . . . .

Verba Turni ſunt, negantis crimini fugęſe ſuum aſſenſum prębuiſſe. Non ergo danda eſt ciuitas τῇ *conſcia culpæ*. quod vir doctiſſimus vellet non titubanter.

pag. 53.

R*Eus pater accuſator filius.* Sed prius omnem periodum lectoris oculis ſubiiciamus. *iĳſdem conſulibus. miſeriarum ac ſæuitiæ exemplum atrox, reus pater, accuſator filius (nomen viri Q. Vibius Serenus) in ſenatum inducti ſunt: ab exilio retractus, inluuieque ac*

ſqua-

ſqualore obſitus, & tum catena vinctus perorante filio. Iam dixi niſi legendo Cornelium, animum attendas, pleraque tibi ſubobſcura viſum iri: nunc ſpecimen ſpecitur. *ab exilio retractus*. pater, quod inferius ſcribatur. *perorante filio.* at illud *viri* vt ſequens.

Virgil. ecl. 5. *Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.*

Cui reſpondet *præparatur adoleſcens*. nec mihi aliorſum diſtraharis filii nomine ſuppreſſo: aut enim indignitate rei motus, id in ipſa re Cornelius facit, aut ad hoc ſatis fuit expreſſio nominis paterni: nam ea tempeſtate non raro pater, & filius comuni vocabulo nũcupabantur. *Cneus Piſo qualicunque fortuna mea nõ eſt adiunctus.* hæc pater, qui etiam Cneus Piſo vocabatur. *præfecerat Cneum Piſonem ingenio violentum.* Quæ res haud dubiè vſu venit huic parricidæ. *At Fonteius Capito qui proconſul Aſiam curauerat abſoluitur, comperto ficta in eum crimina per Vibium Serenũ, neque tamen id Sereno noxæ fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat.* ait *odium publicum* quod meruit accuſato patre. *ſimul vulgi rumore territus robur, & ſaxum, aut parricidarum pœnas minitantium.*

Tacit. lib. 3. ann.

Id. d. loco.

EX *quis magnarum ſæpe rerum motus oriuntur*. negat vir doctiſſimus ex huiuſmodi accuſationibus oriri motus magnarũ rerum: ideo legit. *monitus*. hoc ſignificatu. ex damnationibus illuſtrium virorum commoneſiunt homines, quo pacto ſub principe gerere ſe debeant. Ego vero . *motus* . retineo, & *motus*. interpretor. tametſi (ait) Cornelius, hic non agatur de bellis ingentibus, deque vrbibus expugnatis, tamen noſtra ſperni à lectore minimè debent, quod bella ingentia, vaſtationeſque vrbium, quandoq; ab eiuſmodi condemnationibus originem trahunt. recte: vnde enim bellum Volſcorũ quo victi Romani animum deſpondere, & ad infimas preces deſcendere coacti ſunt? ex peracto reo CN. Marcio Coriolano. Vnde etiam Athenienſium in Sicilia profligatio? vnde Lacedæmoniorũ in Græcia aduerſus eoſdem belli reparatio? vnde ad vltimum Deceleę Atticę cõmunitio? Damnatus Alcibiades vniuerſa Spartanis ſuppeditauit: ſic enim de Sicilia Lacedęmoniis cõſiliũ dedit. στρατιάν τε ἐπὶ νεῶν πέμψετε τοιαύτην ἐκεῖσε, οἵτινες αὐτερέται κομισθέντες καὶ ὁπλιτεύσουσιν εὐθύς. de belli redintegratione. καὶ τὰ ἐνθάδε χρὴ ἅμα φανερώτερον ἐκπολεμεῖν. de Decelia. τειχίζειν δὲ

Thucyd. lib. 6.

i. exercitum nauibus talẽ illuc mittite, vt iidem in vehendo remiges, mox milites ſint.

i. Et hic oportet apertius bellum inferre.

1. Oportetque muris cingere Deceliam Atticæ quod præcipue ſemper timent Athenienſes Plutarch. in Alcibiad.

χρὴ δεκέλειαν τῆς ἀττικῆς ὅπερ ἀθηναῖοι μάλιστα ἀεὶ φοβοῦνται. quod vltimum ita verum fuit, vt inde maxime Athenienſium potentia depoſita ſit. Τὸ δὲ τρίτον, καὶ μέγιστον, ἐπιτειχίσαι δεκέλειαν ὃ μᾶλλον οὐδὲν διειργάσατο καὶ κατοικοφθόρισε τὴν πόλιν.

1: tertium, idemq; maximum, mœnibus circumuallare Deceliam qua re nulla potior exitium ciuitatis inuexit.

pag. 54.

N*Eque alia rerum.* Impendio vnius parentheſis locus illuſtratur, & via obſtruitur irruptioni Criticorum. *Sic conuerſo ſtatu, neque alia rerum, quam (ſi vnus imperitet) hæc conquiri, tradique in rem fuerit.* τὸ *alia rerum.* vt. *inculta montium, vligines paludum.* infra *præcipua rerum.* Mos illo ſeculo & paulo poſt, frequens. *poſtquam ardua montium, & lubrica vallium, & roſcida ceſpitum, & glebosa camporum emenſi.*

lib. 1. ann.

Apul. li. 1. Ann. aur.

pag. 56.

Q*Vanquam Lentulus Getulicus.* hic nonnulla mihi dicenda ſunt iis firmandis, quæ viri melioris notæ ſcripſere de pœna quam mœchis lex Iulia minabatur. Ea citra mortem fuit & interdictionem aquę, & ignis. *Adulteroſque eorum morte, aut fuga puniuit; nam culpam inter viros, ac feminas vulgatam graui nomine læſarum religionum, ac viola-*

ta

tæ maieſtatis appellando, clementiam maiorum, ſuaſque ipſe leges egrediebatur. Ergo etiam citra deportationem, quæ grauior interdictio ne. Quæ nam igitur ea pœna? perpetua relegatio. *Quinctiuſque Criſpinus ſingularem nequitiam ſupercilio truci protegens, & Appius Claudius, & Sempronius Graccus, ac Scipio, aliјque minoris nominis vtriuſque ordinis viri, quaſi cuiuslibet vxore violata pœnas pependere, cum Cæſaris filiam, & Neronis violaſſent cōiugem*. A horum pœna relegatio. οἱ δὲ λοιποὶ ἐς νήσους ὑπερωρίσθησαν. Et clarius hinc diſce. Iulia relegatione punitur. *Iulia relegata in inſulam patriæque, & parentū ſubducta oculis*. Suetonius. *relegatæ vſum vini omnemque delicatiorem cultū ademit*. quæ Dio Græce ſic extulit. κὰι τούτου ἐκείνη μὲν ἐς πανδατερίαν τὴν πρὸς καμπανίᾳ νῆσον ὑπερωρίσθη.

dixi ſup. ad ea, ob atrocitaté temporum.

Velle. li. 2.

Dio. 1. cæteri in inſulas relegati ſunt.

Velle. lib. 2.

i. qua de re ipſa quidé relegata eſt in inſulam Pandateriam litoribus Campaniæ prętentam.

Idem verbum hic vſurpat, quod paulo ante. De perpetuitate vero adi Suetonium. *nam vt omnino reuocaret exorari nullo modo potuit*. nec noſtrum prętereas. *igitur amotus Cercinam quatuordecim annis exilium tolerauit*. agitur de Sempronio, qui inter eos fuit, quos pœna ſecuta eſt, quaſi priuati coniugem adulterio polluiſſent.

d. iam loco.

d. iam loco.

pag.58.

E*SSE in ciuitate*. Locus Beroaldo, & AEmilio inter defectos. Vertranius explet. τὸ *qui*. cuius conatus non eſt omnino improbandus: qui enim melius odium preceſque percipi valent, quibus conſtant Agrippinæ verba? ad preces hæc ſpectant. *ſubueniret ſolitudini, daret maritum*. Odium huiuſmodi conflant, *eſſe in ciuitate, qui Germanici coniugem, ac liberos eius recipere dignaretur*. quaſi dicat huccine ſocer euaſimus tua vulgata apud omnes in nos ſimultate, vt cõiux, & proles Germanici: magnifaciamus, ſi quis nos in vxorem, & in priuignos recipere dignetur? minor equidem dignatur coniugio potentioris.

Virg.lib.3 Aeneid *Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.*

Verum correctiones immane quantum ſemper auerſatus ſum: quapropter integra mihi ſunt, ſed punctis non rite diſtincta ſcriberem. *Subueniret ſolitudini, daret maritum, habilem adhuc iuuentam ſibi, neq; aliud probis, quam ex matrimonio ſolatium eſſe in ciuitate: Germanici coniugem, ac liberos eius recipere digna-*

gna-

gnaretur. Vbi preces? *ſubueniret ſolitudini, daret maritum*. de odio non eſt quod labores. *Germanici coniugem, ac liberos eius recipere dignaretur*. curam noſtrùm (ait illa) tandem ò Tiberi gere, meque nuptum collocando cunctis oſtende, te liberos, & coniugem Germanici non amplius dedignari. An odii parum ex his? filii (& cuius filii) vxorem natoſque nunquam fouiſſe? hæc mea qualiacunque ſint firmantur à ſimilitudine verbi, *ſubueniret, daret, dignaretur*.

pag. 61.

E*Gens aduerſus proximos*. τὸ *egens* ponitur pro vitio, quo pauperes pręcipue laborant, ſuſpicione ſcilicet.

> *Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ magis ſunt neſcio quomodo.* Terent. Adelph.
> *Suſpicioſi*,

vt *mulier* pro *loquaci* proprium vitium feminarum.

> *Oh pergin mulier eſſe?* Id. in Heaut.

Sic Plautus, *nobilitatem*. pro ſuperbia, qua in primis nobiles laborant.

> *Phileocom. Et quia tecum eram, propterea eram animo ferocior.* Milit. gl.

Eam

Eam nobilitatem amittendam video.

V*Erum vt cunctationes principis aperirentur*. Seianus mitigat Tiberium exacerbatum aduerſus Aſinium Gallum, dicitque eum venia dignum, quod non abſurde cenſuerit, metus principis non diutius detrimento Reipublicæ premendos eſſe. quam igitur apte. *mitigauit vt aperirentur*. qui maluere. *operirentur*. dicant quæſo, qua de re faciant ineptum Seianum: at is caudex eſſet, ſi Aſinio alias non amico cautum voluiſſet, qui aduerſus ſtudium ſuum Tiberii metus reſerabat. Oportet igitur vt aliquid à Gallo dictum ſit, vnde ſibi parauerit gratiam Seiani: quod non aliunde colligi poteſt, niſi ex eius verbis, *verum vt cunctationes principis aperirentur*. nimirum vt is ſimultates euomeret aduerſus Germanici domum, quas ad id temporis preſſas, & clauſas continuiſſet; cui rei Seianus iam diu ſtudebat: nam eiuſmodi odia non recens, ſed ante decennium cœperant: inhians itaque peruerſioni dictorum, & impatiens moræ, animaduertit ex his Tiberii verbis. *Trepidam ſibi vitam ſuſpe-*

Muretus & Pichena.

ut metus suos se-
natui fateretur,
amoremq; haereret

ſuſpectas inimicorum fraudes. Eum iam iam prolatas offenſas depromturum, Aſinioque fauet, qui ad ſuum votum verba fecerat & ſubdole dat operam vt pœnæ diu dilatę repręſententur. *gnarus lentum in meditando, vbi prorupiſſet, triſtibus dictis atrocia facta coniungere.*

(:)

AD LIBRVM ANN. QVINTVM.

pag. 63.

M*Ater impotens, vxor facilis, & cum artibus mariti ſimulatione filij bene compoſita.* De impotentia. *matrem Liuiam grauatus velut partes ſibi aquas potentiæ vindicantem.* Noſter, *accedere matrem muliebri impotentia.* Dio καὶ διὰ τοῦτο οὐχὶ ὅσον ἐξ ἴσου οἱ ἄρχειν ἀλλὰ καὶ πρεσβεύειν αὐτοῦ ἤθελεν. De facilitate. *circa libidines hæſit, poſtea quoque (vt ferunt) ad vitiandas virgines promtior, quæ ſibi vndique etiam ab vxore conquirerentur.* Quapropter Auguſta vtens aduerſus maritum ſimulatione, qua filius aduerſus omnes vtebatur, graphice

Suet. in Tib. C. 70.

Lib. 1. ann.

Lib. LVII. & ob id non ſolũ ex æquo cum eo imperare, ſed etiã potiores eo partes habere volebat.

Suet. in Aug. c. 71.

phice dicitur.*bene compoſita cum artibus mariti*:neque enim vlla feminarum (niſi Liuia) ſtupris mariti ſe miniſtram præbuiſſet. Cæterum vt omnia in liquido ſint, *artes*. deſignant aliquando virtutum, aliquando flagitiorum ſtudium. virtutis hæc ſunt.*ſi permanere vellet in ſuis artibus, vltro illi & gloriam, & regnum venturum*.nequitias hæc indicāt. Sall. Iugur.

Temperare iſtac ætate iſtis decebat te artibus. Plaut. Mercat.

C*Æterum ex eo prærupta iam & vrgens dominatio*. Tiberius mortua matre violenter dominabatur:ea enim eſt vis.τοῦ *vrgens*.Cui reſpondet.*dominatio remiſſa*. Is antea.*inter bona malaque miſtus*, matri vero ſuperſtes *inteſtabili ſæuitia*. omnium capitibus imminebat: nec effugere dabatur, quod ea Velle. li. 2. viua ſępius acciderat.*cuius potentiā nemo ſenſit, niſi aut leuatione periculi, aut acceſſione dignitatis*. noſter.*nam incolumi Auguſta erat adhuc perfugium, quia Tiberio inueteratum erga matrem obſequium, neque Seianus audebat authoritati parentis anteire*.

pag. 64.

I*B I demum cognoſcit*. Hæc doctiſſimo viro ea de cauſſa mutila ſunt, quod putet

L omiſ-

omiſſum vbi, & quomodo deprçhenſus ſit iſte Pſeudodruſus. Ego integra reor, & oſtendam vbi tamen ea ſub aſpectũ dedero. *marique alio Nicopolim Romanam coloniam ingreſſus, ibi demum cognoſcit, ſolertius interrogatum quis nam foret, dixiſſe M. Silano genitum & multis ſectatorum dilapſis nauem aſcendiſſe, tanquam Italiam peteret*. Sabinus iſte adita Nicopoli, ſcit illum de quo quæſitum venerat, ibi à quibuſdam de ſuo ſtatu interrogatum, reſpondiſſe, ſe patrem habere M. Silanum: ibidemque ſcit eundem (audito eius aduentu) à pleriſque deſertum nauem aſcendiſſe tanquam Italiam peteret. quid nam eo poſtea factum ſit, noſter ingenue ſe neſcire profitetur. *neque nos originem finemque eius rei vltra comperimus*.

(:)

AD

AD LIBRVM ANN. SEXTVM.

Pag. 65.

V*T in fiſcum cogerentur tum retulere Scipiones.* τὸ *referre* non ſemper ſignificat relationem incipere, quod proprium conſulis eſt. *nõ* Tacit.lib.xv.ann. & ibi Docuſſ.vir *tamen S.C. perfici potuit abnuentibus conſulibus ea de re relatum.* Sed non nunquam. *dicere, proferre.*

Tum ſenior tales referebat pectore voces. Virg.li.5. Aeneid.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis. Id. [illegible] vii.

Vltimas preces pectoribus veſtris relinquo, referatis patri, ac fratri, quibus acerbitatibus dila- Tacit.lib.3.ann. Id.lib.4.ann.

ceratus. Et. *is namque (vt retuli) ceſſurum ex Vrbe ob factiones.* quapropter miſſa doctiſſimi viri dubitatione, hęc vindicemus à nota corruptionis. Prius (vt par erat) CN. Domitius, & Camillus Scribonianus conſules eius anni, retulere; hoc eſt quæſiere ſenatorũ ſententias de memoria Liuiæ, & de bonis Seiani: poſt illa quiſque ſenatorum cenſet. *atroces ſententiæ dicebantur.* Scipiones, Caſſii, Silani cũ ad eos ventũ eſt, in idẽ conueniũt. *vt in fiſcum cogerentur retulere Scipiones hac & Silani, & Caßij adſeueratione multa cenſebant.* at ecce dum hęc ego refingo vt politiora vulgentur, prodeunt in publicum notæ Curtii Pichenæ, docti viri, & diligentis, quibus affirmat in manuſcrip. florent. legi. *tam referret Scipiones.* obſtupui eum putans bona fide tranſcriptum à Beroaldo fuiſſe, & vtrunque miratus ſum, non animaduertiſſe, quam leuiore caſtigatione hæc in integrum reſtitui potuiſſent. *tum referre Scipiones.* proreferebant inde ſequitur. *cenſebant.* cuius rei vſus Criſpo perquam familiari s eſt. *at Romani domi militiaque intenti feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatem patriam parenteſque armis tegere: poſt vbi pericula virtute* Catil.

tute

tute propulerant ſocijs, atque amicis auxilia portabant.

pag. 66.

P*Rorupere concepta per idem odia.* hic peridē idē eſt, ac ſi dixiſſet iiſdē de cauſſis: nam ob crebras accuſationes, & dolos, omnib⁹ erat inuiſus. *magno patrū gaudio, audacē, maleficum, omnium ſecreta rimantem.* nec tamen reus ab iis peractus eſt, quod iſte Paconianus inter illos erat, de quibus iam dictū legimus. *nam vt quis diſtrictior accuſator, velut ſacroſanctus erat.* quos nefas ab aliis, quā ab Imperatore peſſundari. *qui ſcelerum miniſtros, vt peruerti ab alijs nolebat, ita plerunque ſatiatus, & oblatis in eandem operam recentibus veteres & prægraues afflixit.* qui cum iam aperte Paconiano immineret ſumta occaſione ruunt omnes, proferuntque odia dilata, & morti eum mancipaſſent, niſi indicii profeſſione ſe ſe inde exemiſſet: ſubdidit autem reum huiuſmodi facinoris Latinium Latiarem qui patribus æque ipſe atque inuiſus erat. Lib. 4. ann. D. loco. *ipſe*

V*T vero Latinium Latiarē ingreſſus eſt accuſator acrius.* ire in aliquem dicitur

Cic. ad Attic. lib. ep. 7. tur de accuſatore. *equidem antequam tuas legi litteras, in hominem ire cupiebam*. quod ex ſequentibus magis clareſcit. *quid quæris? acueram me ad exagitandã hanc eius legationem*. loquitur de Claudio. idẽ cur non in verbo. *gradior*? *ire* enim & *ingredi* eos etiam ſignat qui verba faciunt.

Terent. Adelp. *Dem. Mitto rem. conſuetudinem ipſorum.*
M. mane
Scio: iſtuc ibam.

Virg. 6. *Tum pater Anchiſes lacrymis ingreſſus obortis*

At hic non. *greſſus eſt in latiarem*, ſed. *ingreſſus eſt latiarem*. heus tu cur Plautus.

Circunduce haſce ædes.

Et non *duce circũ haſce ædes*? Sinamus igitur caſtigationes, quas hic doctiſſimus vir commentus eſt.

ARguitur pleraque C. Cæſarẽ. Tranſmarine munditie non aduertere doctiſſi. virum: qua de cauſſa eum ad emendationes cõfugiſſe videmus. *pleraque*. pro. *plerunq;*. Sic Thucidides. τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ᾠκίσθησαν. *nouiſſima*. loco. *nouiſſime*. alibi. σαφέστατα *clariſſima* vice. *clariſſime*. vbi Scholiaſt. ἐν ᾧ ἐπίρρημα τὸ σαφέστατα quod noſter poſt Virgilium non ſemel imitatus

Lib. 1. i. ciuitatum vero quæcunque nouiſſima conditæ ſunt. i. vt ſit aduerbium clariſſima.

tatus eſt. *adſeuerabatque innocentem Cornutũ & falſa exterritum.* at Poeta, Lib. 9.

Cætera parce puer bello.

Cotta autem ſemel tantum dum cœnaret, eam cœnam dixit nouemdialẽ, at Caligulã ſæpius eo nomine ſermonibus diſtulerat. *inceſtæ virilitatis.* ideſt inceſtificus, ſiue inceſtuoſus: idque verbi non ſolum tangit flagitia, quę in affines committũtur, ſed extenditur etiam ad quaſcunque nequitias, quę cũ extraneis exercentur.

M. Ei duæ puellæ ſunt meretrices, ſeruolæ. Plaut.

Sorores, earum hic alteram efflictim perit.

Neque eam inceſtauit vnquam.

Amplectitur etiam. τὰ παιδικά. *primo perlicere adoleſcentem ſermone inceſto conatus.* Si κυρίως accipimus, vt. Hu. dec. 1. lib. 8.

Scilicet inceſti meretrix Regina Canopi.

Quod ibi fratres aſſueſcebant corporibus ſororum; audi Suetonium. *cum omnibus ſororib' ſuis ſtupri cõſuetudinẽ fecit.* Si καταχρηστικῶς. vti iam diximus, eiuſdem hæc lege. *pudicitiæ neque ſuæ neque alienæ pepercit.* Denique ſi poſteriore interpretamento iocum exigis, his te abſoluo: ętas Caligulæ è puſionibus exceſſerat, ſed nihilo magis iam vir ſuæ pudicitiæ parce-

Propert. l. 3. Eleg. 1 — Calig. c. 24. — C. 36.

parcebat: hinc acute, & vere, *virilitatis inceſtæ.*

Pag.67.

D*Em Piſo viginti per annos prebat*⁹. Multus eſt hic vir eruditiſſimus, dum minutius, quam par erat annos numerat præfecturæ Piſonianę: eum duo ſollicitarunt: vnum, ſi computas (ait) à conſulatu Sext. Pompei, & Sext. Apuleii, vnde imperium Tiberius auſpicatus eſt, vſque ad coſſ. CN. Domitium, & Camillum Scribonianum, quando moritur Piſo, anni xvii. ſolum colliguntur. alterum, Piſoni, & Flacco Tiberius prę-mium non diſtulit, quod ſtrenue pergræcando ſe geſſerint. *poſtea princeps in ipſa publicorū morum correptione, cum Pomponio Flacco, & L. Piſone noctem, continuumq; biduum epulando potandoque conſumſit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis confeſtim detulit.* At Flaccus Syrię præſes non erat anno V.C. DCCLXXII. immo tunc Moeſiam moderabatur quamobrem nec ſi incipias ab anno ſequenti, progrediariſque ad annū DCCLXXXV. quo Piſo vita ceſſit, illinc emergit ſumma viginti annorum, ſed sedecim tantum. non ergo Piſo viginti annos egit

Suet. Tib. c. 42.

duo

git vrbis pręfectum, qui eodem tempore vrbi pręfectus eſt, quo Syriæ Flaccus. His non obſtantibus (quanquam Herculi facilius eripiatur claua, quam emendatio doctiſſimo viro) *viginti*. legamus, & interpretemur. Ille duo cõſulatus præteriit, nempe Longini, & Quartini; Tiberiique, & Seiani, qui nec Tacito (iniuria temporis) dicuntur: quapropter ineunti numerum à principio Tiberii ad finem Piſonis, occurrunt 19. conſulatus, quorũ tempus viginti annis à Cornelio notatur, qui non moroſe tempora perſequi ſolet. Parum quoque aduerſatur, quod obiecit de Pomponio Flacco, nam hęc *confeſtim detulit*. ſolum referri valent ad pręfecturam vrbis: verum ſimplicius agam, concedamque vno eodemque tempore, illum Syriam, hunc vrbem regendas accepiſſe. Quid enim erit impedimento ne dicamus Syriam bis à Flacco rectam fuiſſe? primum ante Mœſiæ curam, & eo ipſo tempore, quo Piſo vrbem cœpit moderari, poſtea vſq; ad eius mortem. *Exin Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto.* Sic enim Cyrenius, ſiue Quirinius nouem poſt annos plus minus Syriã præſes repetiit. ἐπὶ συρίας παρῆν ὑπὸ καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνου ἀπεσταλμένος καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος qui iam cum Seruator

Doctiſſ. vir in cõm ad illa: ,, Itra bieunium lib. 1. ann. Et in notis ad illa. exin continua per xx. annos li. 3. ann.

Ioſeph. lib. 18. ca. 1. antiquit.

i. in Syriam venerat præſes à Cæſare miſſus & cenſor facultatum futurus.

M nasce-

S. Luc. c. 2. i. Hæc deſcriptio prima facta eſt Præſide Syriæ Cyrenio

naſceretur, id muneris curauerat. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας κυρηνίου. Quaſi dicat, caue lector exiſtimes Dominum eſſe natum cum poſt exilium Archelai, Quirinius iterum Syriæ Præſes, & cenſor ~~deſignatus~~ eſt: non enim ocioſe dixi. *Hæc deſcriptio prima*.

declaratus

Pag. 69.

AVrariaſque eius. Sique. hic ſucceſsit in locum *etiam*. quod paſsim fit, quid incaſſum dubitamus? magnæ diuitiæ exitio Mario fuerunt, non autem inceſtus filię, de quo non ſatis conſtabat. vis id cognoſcere, noſter ait, en Tiberius, qui præter cętera Marii bona, retraxit etiam in fiſcum eius aurarias, quę iure in ærarium populi recidebant. vel proprie ſumas *que*. & ita diſtinguas. *ac ne dubium haberetur magnitudinem pecuniæ malo vertiſſe aurariaſque eius; quanquam publicarentur, ſibimet Tiberius ſepoſuit*. Hoc ſenſu, pernicies Martii ex multis eius opibus orta eſt, præcipue ex aurariis, quas poſsidebat: patet, nam ea omnia Tiberius ſibi adiudicauit, licet ad populum eſſent deuoluenda.

Vi

V*J metus*.Critici.*vi,metu*.Sperno:noſter enim.περιφράζεται. & deſcribit intenſum metum,qualem ſæuiſsimi Tiberii mores minabantur. τὸ *vis*. profecto non mediocriter auget.

Ph. *Quique vim magni doloris per voluptatem* Plaut. Tiuc.
Tuam condidiſti in corpus.

Cæterum benignius cum his agebatur, non cogebantur enim amicorum cadauera calcare: at pœna preſens iis qui Seianum ludibrio non habuiſſent.

Quam timeo victus, ne pœnas exigat Aiax Iuuen.Satyr.x.
Vt male defenſus,curramus præcipites, &
Dum iacet in ripa calcemus Cæſaris hoſtem.
Sed videant ſerui,nequis neget, & pauidum in ius
Ceruice adſtricta dominum trahat; hi ſermones.
Tunc de Seiano,ſecreta hæc murmura vulgi.

Victus Aiax(vt hæc obiter explanem)Tiberius eſt, qui furit in greges innocentum, vt ille,poſt armorum iudicium, in mandras pecudum. Ex his ſatis apparet,quam vere dixe

rit ille, Brutum & Caſsium vltimos Romanorum fuiſſe:& Iuuenalis.

. . . . . . Vnde

Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes?

Neminem tunc temporis inuentum eſſe, qui illum nouum Creontem ſic affaretur?

Sophocl. ~~[illegible]~~ in Antig. i. viſne amplius, quam me depræhẽdẽs morti mancipa ret

θέλεις τὶ μεῖζον, ἢ κατακτεῖναί μ' ἑλών,

Q*Valem diem Tiberius induiſſet*. Qualẽ diem in re Mathematica quis ſe habere ſcit, cui notum eſt, quid boni maliue in eo ſibi portendatur. *Interrogatus an ſuam quoque genitalem horam comperiſſet, quem tum annum qualem diem haberet.* Et qui huic vanitati credulus eſt, hilarem felici, triſtem infelici ſe fert. Tiberius igitur, qui Matheſeos peritus erat. *Scientia Chaldeorum artis cuius apiſcendæ ocium apud Rhodum, magiſtrum Traſullum habuit.* præuiſa diei qualitate lætus aut ſeuerus incedebat: at Caligula, qui ſe totum in imitationem Tiberii componebat, affectus quos ille vultu prodidiſſet, ſuo delineabat, & exprimebat. *Induere diem.* vt. *induere diuerſa, induere ſocietatem, induere ſeditionem.*

Mox

M*OX Artabanus tota mole regni vltimi: id peritia locorum ab hyberis melius pugnatum.* Criticos quid hic accerſit? conciſus arces
eſt ſerio noſter in hac externi belli narratione: nec mirum, præſertim cum ſuppreſſa de contextu prodeant. reſpice ad hæc. *Non* Tacit. lib. 15. ann.
ea imperatoris habere mandata Corbulo, periculo legionum commotum è prouincia egreſſum: nō ne hic ſiletur. *reſpondit?* lege quæ ſequuntur. *at Vologeſis ad Corbulonem miſſi nuntij, detrahe* Lib.
re caſtella trans Euphraten, amnemque vt omnium medium faceret. quid hic? *poſtulabant.* pariter ex his. *mox Artabanus tota mole regni vltimi.* emergit. *adfuit.* & ex his. *id peritia locorū.* erumpit. *prælium*, quę omnia in procliui ſunt: nam paulo ante Cornelius egit de Orode filio Artabani, qui iuſſu patris iam aduerſus hyberos pugnauerat, & victus fuerat. Hæc autem. *tota mole regni vltimi.* ſignificant Hyrcanos & Bactrianos. *dum ipſe poſitis aduerſus Hyrcanos diſcordijs, vires intimas molemque belli ciet.* Et. *an interiora regni ſui peteret, haud dubie potentior auctor præſens futurus vltimis gentibus impigre bellum capeſſendi.* Quibus aſtipulatur Q. Curtius. *vltima* Lib. 5.
regni adhuc intacta eſſe. Et. *in Mediam Hyrcaniam, Bactra, & Indos Oceani accolas quando adi-* Id. lib. 4.

do aditurum?. Quamobrem in noſtro breuitatem miror, caſtigationes non moror: non enim Thucydidem damnamus, eiuſque verba obliteramus, propterea quod

Lib. I.
i. at Corinthiorum Xenoclides Euthiclis quintus ipſe.
i. ipſe, loco, primus

aſtricta, & conciſa ſint. κορινθίων δὲ ξενοκλείδης ὁ εὐθυκλέους πέμπτος αὐτός· quo in loco Scholiaſtes. αὐτὸ· ἀντὶ τοῦ πρῶτος. dixiſſet alius, quinque Corinthiorũ duces aderant, quorum præcipuus erat Xenoclides filius Euthyclis.

Pag. 74.

In. Tib. C. 68.

A*Lieni conſilij indigerent*. Hęc eadem Suetonius., *Quanquam à trigeſimo ætatis anno arbitratu eam ſuo rexerit, ſine adiumento conſilioue medicorum.* Atqui noſter non ſibi conſtat, quippe qui paulo poſt ſic dicat, *erat medicus arte inſignis, nomine Charicles, nõ quidem regere valetudines principis ſolitus, conſilij tamen copiam præbere.* hanc ne rem oblitã Cornelio dicemus? non auſim: dicerem potius, Tiberium ex pluribus, quę ſibi à Charicle præirentur, id legiſſe, quod optimum ſibi videretur: quaſi non nulla ex multis ſeligendo non ſequeretur conſilium Chariclis. *conſilij tamen copiam præbere*.

Quan-

QVanquam genua patrum aduolueretur, luctumque communem, & magis imbecillũ tali ſuper caſu feminarum animum, aliaque in eundem dolorem mæſta, & miſeranda diu ferret. Eruditiſsimus vir ex. *luctumque communẽ.* vellet. *lectũ communẽ.* Et ex. *diu ferret.* Coniunctim *differret.* dicitq; cauſsã mortis Papirii, fuiſſe inceſtum cũ parente: bona eius gratia diſſentio de caſtigatione, & de interpretatione: moueor quod mater pœnã debitã non euaſit, licet patrũ miſericordiã captauerit. *Quanquam genua patrum aduolueretur, vrbe tamen in decem annos prohibita eſt.* at inceſtus manifeſti pręcipites dabãtur de ſaxo Tarpeio. *poſt quos Sext. Marius Hiſpaniarũ ditiſſimus defertur inceſtaſſe filiã, & ſaxo Tarpeio deijcitur.* Cuius ergo eſt rea facinoris? dicat noſter. *adſentationibus atque luxu perpuliſſet iuuenem ad ea, quorum effugiũ non niſi morte inueniret.* hoc eſt, erat hęc mulier ſumtuoſa, adſentabaturque iuueni, qui luxu diffluebat: quamobrem in eas, ob ęs alienum anguſtias redactus eſt, vt omnia prę morte ſibi eſſe poſt putarit: addicebantur enim creditoribus, qui ſoluendo non erant. *addici namque nunc, & vinciri multos videmus:* à qua re Gell. li. 20. ca. 1.
ſic homines abhorrebant, vt ipſe Cæſar vir.

animi

Suet. c. 13.

animi tam erecti, ferè de vita deſperauerit. *in qua reputans magnitudinem æris alieni; quā mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur: domum ſe, niſi pontificem, non reuerſurum.* nonnulli etiam Grçci (ne id mirum tibi videatur) cicuta pauperiē vitauere. ἐπεὶ γὰρ ἐπελίπει τὰ χρήματα αὐτοὺς, οἱ τρεῖς κώνειον τελευταίαν πρόποσιν ἀλλήλοις προπίνοντες. quid Apicius elegātiſsimus Helluonum? οὗτος ὥστε, ἐπειδὴ μαθεῖν ποτε ἐξελέξατο, ὅσα ἤδη κατηναλώκει, καὶ ὅσα ἔτ' εἶχεν) ἔγνω ὅτι διακόσιοι, καὶ πεντήκοντα αὐτῷ μυριάδες περιεῖεν, ἐλυπήθη τε, ὡς καὶ λιμῷ τελευτήσειν μέλλων, καὶ ἑαυτὸν διέφθειρεν.

Aeliā. l. 4. c. 23. var. hiſt.
i. poſtquam eos pecunia defecit, tres cicutam vltimam potionem alternis propinantes.
Xiph. in Tib.
i. Is cum ſcire vellet quænam profudiſſet, quæque ſibi ſuperaſſent cognito ſibi tantum reliqua eſſe ducenta & quinquaginta millia aureorū deſpondit animum, & quaſi fame periturus attulit ſibi vim.

Quamuis autem mater iſta non dubie rea filii mortis eſſet, attamen non ſe deſerebat, ſed miſericordię conciliandę accidebat ad genua patrum, diuquè ideſt prolixa, & continua oratione ferebat, ſiue dicebat: ſe venia ſaltem dignam eſſe ob luctum, quem parentes ex filiorum morte capiunt: maxime quod feminæ nō mediocriter vt viri, ſed præter modum lętentur aut doleant. Cæterum ſacræ literæ docent, matres acerbius, quam patres *lugere* filiorum mortes.

Pſalm. 35.
i. quaſi lugens mater, pullatus incuruabam me.

נאבל אם סדר שחות Cur non pater? quia, *luctus*. (ait Genebrardus ille) *matrum ſolet eſſe*

eſſe grauior, propter illarum maiorem in liberos affectum et lenitatem. Hucuſque fide Beroaldi,& Pichenæ ſecuti ſumus codices Florentinos,qui Corbeiæ inuenti; & ad Leonem P. M.delati,nunc Florentiæ ſeruantur: quorũ ſi lectionem non vſquequaque propugnauimus, nos vires non animus defecere: hinc vulgatis inhærebimus.

pag. 75.

PVlſum venarum attigit, neque fefellit:nã Tiberius(incertum an offenſus, tantoq; magis iram premens) inſtaurari epulas iubet. quo pacto incertum an offenſus ſi irę profunda diſſimulatio, erat genuina veraq; nota quando ille acrius iraſceretur? *Scaurũ cui implacibilius iraſcebatur,ſilentio tranſmiſit.*Nõ pauci huc direxiſſent plauſtra caſtigationũ, quos inter ſi nomen profiterer, non inepte (reor)ſic emẽdaſſem.*haud incertum an offenſus, tantoque magis iram premens*. at ſolitum eſt æquor nauigandum,vt breuia præteruecti, portum teneamus: verum quam falſus animi Egnatius,qui credit ſe recepiſſe in bene fida ſtatione.*nec fefellit Tiberium,qui offenſus,ac eò magis iram ſimulans.*modus irę Tiberii cõiici poterat ſi plus minusue incaluiſſet:

Tacit.li.2.ann.

In ſuis ad Suet. caſtigat.

ad hęc faciunt quæ adduximus è noſtro. *Scauro cui implacabilus*. at ſi nec vultu, nec verbis affectus prodidiſſet, quis aſſeuerare poterat eum rem aduertiſſe, iramque diſſimulaſſe? quod hic euenit. τὸ feſellit παθητικῶς. eſt accipiendum, hoc ſenſu. Charicles tacto venarum pulſu, falſus non eſt Tiberium iam fini propinquare: vel ſtudio breuitatis omittitur *aſtutia*. vel aliquid ſimile: nimirum, commentum non feſellit Chariclem: quibus hęc reſpondent *Charicles tamen labi ſpiritum nec vltra biduum duraturum Macroni firmauit*. at *nam* ornatus ſeu continuationis gratia poſitum eſt.

Terent. Andr. *Nam is poſtquam ex ephebis exceſſit Soſia*
Liberius viuendi fuit poteſtas.

Ad vltimum hæc eſt Cornelii mens. Tiberi⁹ (nec certum an aſtutiam cognouiſſet, eoq; iram diſſimulaſſet) integrari conuiuiū iuſſit. De illis autem qui τὸ feſellit Tiberio attribuunt, libenter quæſierim, diuini ne ſint, vel ſi abnuunt, vnde huiuſmodi collegerint, quandoquidem Tiberii mores inprimis eorum interpretationes auerſantur

(:)

AD

AD LIBRVM ANN. VNDECIMVM.

Pag. 76.

M*Oneret Claudium caueri vim atque opes principibus inſenſas*. hæc ſic reſoluuntur; monuit Claudium vt caueret. *vim atque opes*. quibus Aſiaticus ftetus erat, *principibus inſenſas*. alibi *orabantque caueri inſidias mulieris ſemper atrocis*. τὸ *vis*. non quæ infertur, vt opinatus eſt eruditiſſimus vir, ſed ea de qua noſter. *haut minus magnifica, quam nunc vi Parthorum, aut potentia Romana iubentur*. veriſſima gnome, quę ab his non in- Lib.2.ann.

Ariſt. li. 4 Politic. i. qui excellunt affluentia vis, & opū & amicorum, & aliorum id genus, neque volunt neque ſciunt regi.

firmatur. οἱ μὲν ἐν ὑπεροχαῖς εὐτυχημάτων ὄντες ἰσχύος, καὶ πλούτου, καὶ φίλων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἄρχεσθαι οὔτε βούλονται, οὔτε ἐπίςανται. quinimo robur accipit. nam ἰσχύος, καὶ πλούτου. latine melius verti non poſſunt quam *vis, & opum*.

NON *extimuiſſe in concione populi Romani fateri, gloriamque facinoris vltro petere*. Aſiaticus non faſſus eſt, ſed ſolū dixit.

Xiph. in Calig. i. vtinam ego eum occidiſſem.

εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀπεκτόνειν. nihilominus abſurdū non eſt, ſi dicamus per hęc verba Aſiaticum quodam modo faſſum, & inſuper gloriam petiiſſe: præſertim cum oratione ageretur apud Claudium, qui abſurdioribus adhibebat ſuam credulitatem. *nam illud omnem fidem exceſſerit, quod nuptijs quas Meſſalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis, & ipſe conſignauerit: inductus quaſi de induſtria ſimularentur ad auertendum transferendumque periculum, quod imminere ipſi per quædam oſtenta portenderetur*. τὸ *vltro* id eſt *inſuper*.

oris

credulus erat

Suet. c. 29.

Plaut. Amph.

Amph. *Qui quoniam herus quod imperauit, neglexiſti perſequi*
Nunc venis etiam vltro irriſum dominum.

Intra

I*Ntra cubiculum auditur Meſſalina coram. & Suilio corruptionem militum (quos pecunia, &' ſtupro in omni flagitio obſtrictos arguebat) exin adulterium Poppeæ, ac poſtremum mollitiam corporis obiectante.* Sic vulgata, quę inficias non ibis eſſe notę melioris, ſi mente recoles Suilium, præter ea quę aduerſus Aſiaticum dedolauerat. *vim atque opes principibus infenſas.* Nunc etiam in illius perniciē huiuſmodi concinnare: nempe corruptionem militum & adulterium Poppeę. Quā ſępe micamus in tenebris, accepto & pro *etiā* Sileſcunt omnes turbæ.

A*D quod victo ſilentio.* Par erat vt Aſiaticus crimina dilueret, vbi accuſator peroraſſet: verum ita excanduit ad Pathici nomen, vt obloqui præmature coactus ſit: itaque ſilentium vicit: quo ferè ſignificatu poſteriora prolata ſunt. *videtis ne obſtinatum ad tacendum? (inquit) num genu poſuit? num ſupplicem vocem miſit? vincam tamen ſilentium, & ſi nihil aliud certe gemitu interpellabo.* Qu. Curt. lib. 3.

L*Iberum ei arbitrium mortis permiſit.* id eſt, Vitellius curauit vt à Claudio permitteretur: ad quam faciem dicta ſunt. *principes Muſu-*

Lib.4.ann. *Muſulamorum defectionem captantes ſecuri percutit*. quo vno tantum hinc expedire te potes: vbi mihi animaduertas oro doloſam Vitellii pietatem: qui petendo ſpecie miſerationis leuius genus mortis Aſiatico, nō modo impoſuiſſet Claudio, qui lapis erat, ſed os cuiuis callidiorum ſubleuiſſet.

E*Quites Romanos illuſtres*. De iis anxie queritur: equites eſſe credam, qui in ſenatu ius ſententię habebant. Gell.li. 2.c.18. *M. autem Varro in Satyra Menippea, quæ ἱππονύων inſcripta eſt, equites quoſdam dicit pedarios appellatos, videturque eos ſignificare, qui nondum à cenſoribus in ſenatum lecti, ſenatores quidem non erant, ſed quia honoribus populi vſi quidem erãt in ſenatum veniebant, & ſententiæ ius habebant*. Tacit.li.16.ann. quæ ab his leuiter affirmantur. *Mella, & Criſpinus equites Romani dignitate ſenatoria*.

Pag. 77.

E*T poſtquam annuit tacere, incipiunt*. hic ſurrepſit *tacens* ſiue *agere*. Mihi autem *tacere* placet, tranſitque in vim nominis, vt *viuere*.

Tum

Tum cum ad canitiem, & ad noſtrum iſtud Perſ. Satyr. 1.
viuere triſte.
Aſpexi . . . .
Et idem eſt ac ſi dixiſſet. ***annuit ſilentium*** , vel annuit vt tacerent de pręteritis. Sic Q. Lib. 10. Curtius ***hoſtibus victis regnare dixerat.*** hoc eſt dixerat vt regnarent. Claudius nutu, qui eorum deprecationem probaret, præ ſe tulit nolle amplius de præteritis agi: at Suilius & Coſſutianus, iam voti compotes, ad alia pro grediuntur, petuntque, ne ſalarium aduoca torum, legibus abrogetur. Verum quid ſi in lectoris gratiam ſic emendem? ***& poſtquam annuit, tacere incipiunt.*** Scilicet vbi Claudius aſſenſit primis horum poſtulatis, loqui incipiunt de aliis. ***tacere*** Et ***loqui*** idem poſſunt. Tacit. li. 1. ann. ***Etenim Auguſtus paucis ante annis cum Tiberio tribuniciam poteſtatem patribus rurſum poſtularet, quanquam honora oratione, quædam de habitu cultuque & inſtitutis eius iecerat, quæ velut excuſando exprobraret.***

COgitare plebem qua toga eniteſceret. Valeant emendationes. hæc reddunt optimũ ſenſum, Suilius & Coſſutianus (inter multa quę iaciebant ne pretium aboleretur patronis cauſsarum) hæc inſerunt, opus eſse

pecu-

pecunia, qua ipſi decoris veſtibus inſtruerentur: quod eo tempore plebs ludos faceret oratores pannis obſitos, quippe quę inania tantum probaret.

Iuuen. Saty. 7. *Et tamen hoc ipſis eſt vtile, purpura vendit.*
Cauſidicũ, vendunt amethiſtina, cõuenit illis.
Et ſtrepitu, & facie maioris viuere cenſus.

hæc Satyrographus: quæ tamẽ ipſe ferre vix poteſt.

. . . . . . *Cum tu multitia ſumas*
Cretice, & hanc veſtem populo mirante perores:
En habitum, quo te leges ac iura ferentem.

Gell. li. 1 c. 5. i. veſtis elegās, molles tuniculæ. nec antea Demoſtheni condonata ſunt: ***illi vitio datum.*** κομψὴ χλανὶς, & μαλακοὶ χιτωνισμοὶ,

ET *recuperare Armeniam, ni Vibio Marſo Syriæ legato bellum minitante cohibitus foret.* Omnes hunc locum quaſi labentẽ tibicine ſuffulciunt: ſed (libere dicam) nec eo ſine dediſset ruinam. *recuperare.* id eſt *recuperabat.* noſter. *hæc atque talia agitantibus grauescere valetudo Auguſti.* At recuperabat Lib. 1. ann. ſibi ſumit vim recuperaſset, vt & in eiuſmodi fit.

Lyd.

Lyd.*ante ſolem orientem niſi in paleſtra veneras* Plaut. Bacch.

Gymnaſij præfecto haud mediocres pœnas penderes.

Parthus Armeniam recuperaſſet,ni eum pręſes Vibius ab incœptis deterruiſſet.

Pag.78.

ET *temporibus Troianis Palamedem.*Nō hic ſigillatim Cornelius perſequitur, quot quiſque literas inuenit, ſed generatim quæ ſibi potior videretur, eam opinionem ſecutus,ait Cecropem ſiue Linum, & Palamedem (diuerſo tamen tempore) vulgaſſe XVI.literarum formas.Idem facit recenſendo authores reliquarum. *mox alios & præcipuũ Simonidem reperiſſe.* Euanidę igitur ſint temporum abſurditates quas hic vir doctiſſimus inducit, indeque ſuas res ſibi habere caſtigationibus dicamus:quarum vna. *Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum ſexdecim literarum formas, & Troianis temporibus Palamedem Argiuum tres memorant.* Altera *quidēm Cecropem Athenięſem, vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant quatuor literarum formas.* a

O pag.

Pag. 79.

C*VM proſpere egiſſet, formidoloſum paci.* Nulla eſt hic menda, eoque locus emendationibus eſſe non debuit. Sub imbelli principe, ſtrenui duces (vt Corbulo faciebat) bella ſerere non debent, quia ſibi, & Reipublicæ male conſulunt: illi ſi vincantur ſibi victoriis partis: licet enim vrgente metu princeps eos vndique conquirat, tamen eo remiſſo, redditaque pace ferre non poteſt, indeque pręcipue ſibi timet. *nam regibus boni, quam mali ſuſpectiores ſunt; ſemperque iјs aliena virtus formidoloſa eſt.* noſter. *neque enim eminentes virtutes ſectabatur, et rurſum vitia oderat; ex optimis periculum ſibi.* alibi *formidoloſum id imperatori dictitans, quo plerunque probibentur conatus honeſti.* Et *inerat conſcientia deriſui fuiſſe nuper falſum è Germania triumphũ at nunc veram magnamque victoriam tot millibus hoſtium cæſis ingens fama celebrare: id ſibi maxime formidoloſum, priuati hominis nomen ſupra principis attolli.*

Salluſt. Cat.

Lib. 1. ann.

In Agric.

Ibid.

Q*Vam beatos quoſdam duces Romanos.* vere *quoſdam.* nimirum Syllam, Cęſarem, Pompeium, & quoſcunque alios, qui olim

ex

ex ſua libidine bella moderabantur. Eruditiſſimus vir maluit *quondam*, quaſi reſpiciat Corbulo ad omnes veteris Reipublicæ duces, citatque ex Dione.

ὦ μακάριοι οἱ πάλαι στρατηγήσαντες.

i. o beati qui quondam exercitus duxere.

Ego non tanti facio Græcos in re Romana vt ad eorum normam noſtrum rear eſſe corrigendum: maxime quod verba Dionis quantumuis generalia, poſſint etiam ſpeciatim interpretari, ad vltimum duces veteres aliquãdo ſenatuſconſulto vltimam bello manum imponere prohibiti ſunt.

N*E tamen miles ocium exueret.* Plures incubuerunt emendationi, quaſi ſententia repugnet verbis: putabam. *exueret.* *ἀντιφραστικῶς* à Tacito ſcriptum; quo me non parum inducebat Plautus: quærit apud eũ dominus à ſeruo argenti rationem

i. contrario ſenſu.

Trinumm.

Le. . . . . *quid factum eſt eo?*

Reſpondet ſeruus

St. *Comeſum, expotum, exutum, elotum in balineis.*

Quid *exutum* niſi veſtitum, hoc eſt pretioſis veſtibus conſumtum? licet enim *exuuiæ* proprie de inimicis dicantur, & eius reſpectu vnde exutæ ſint.

Plaut. Menæch. *Vxoris exuuiæ, induuiæ tuæ roſa.*

Simpliciter tamen aliquando pro veſtibus cuiuſuis accipiuntur.

Virg. Buc. *Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit.*

Id.lib.4. AEneid. *Dulces exuuiæ dum fata Deuſque ſinebant.*

Eſſetq; ſenſus, Corbulo milites labori mancipauit, ne ocium inducrent, hoc eſt ne ocio indulgerent. Verum præſtat explicare, *ocium* id eſt *pacem:* Cuius rei plurimus eſt vſus. Salluſt. Iugurth. *Quod in familia noſtra fuit præſtitit, vt in omnibus bellis adeſſet vobis, nos vti per ocium tuti ſimus in manu veſtra eſt.* idem alibi. In hiſt. in orat. Cot tæ. *metuit ociũ, odit bellum.* noſter *nam militares artes per ocium ignotæ.* Lib. 12. ann. Et *cur deſerta per ocium quæ bello defenderat?* Id. lib. 15 ann. Gnarus itaque Corbulo per labores militarem contineri diſciplinam, voluit vt foſſa à militibus duceretur, ne forte amoto hoſtium metu laſciuirent, & ſuã prouincialiumque pacem turbarent & exuerẽt *exuere pacem* vt *exuere iuſſa.* paulo ante, *ac ne iuſſa exuerent.*

Pag. 80.

DE *ſe Nouius, conſcios non edidit.* Cui ſtupori non erit ἀναντάποδοτον manifeſtum fugiſſe eruditiſſ. virum? explet ille addito

dito *confeſſus*. ꝙ venuſtius latet in oratione. καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα: εἰ δὲ μὴ, μιτυληναίους εἰπεῖν, ναῦς τε παραδοῦναι, καὶ τείχη καθελεῖν. quæ notis ſcholiaſtes illuſtrans inquit. τὸ σχῆμα καλεῖται ἀνανταπόδοτον ὁ νοῦς οὗτος, καὶ εἰ μὲν κατορθωθῇ τὸ ἐλπιζόμενον, καὶ τῇ πείρᾳ αὐτῇ καταλαβοῦσι αὐτοὺς ἔξω, καλῶς ἂν ἴσαι τοῖς ἀθηναίοις τὰ πράγματα.

Thucyd. li. 3. i. & ſi quidem aggreſſio ad votum reſpondeat: ſi minus, iubere Mitylenæos, & naues dare & muros deponere.

In verbo. καὶ i. figura vocatur ἀνανταπόδοτον mens eſt: & ſi ſpes Atticos nõ fruſtretur tentandoque ipſos extra ciuitatem depræhendat recte res Athenienſibus procedent

Verum ne dicas noſtrum huiuſmodi præ oculis non habuiſſe, hęc obſecro, mihi lege. *Seio Tuberoni legato tradit equitem, campumque: peditum aciem ita inſtruxit vt pars æquo in ſiluã aditu incederet, pars obiectum aggerẽ eniteretur, quod arduũ ſibi, cætera legatis permiſit.* an non tacetur *cepit?* ſimiliter in ſequentibus ſuppreſſum eſt *poterat. Enimuero certamẽ acerrimum, amita potius, an mater apud Neronem prauaCeret: Nam Lepida blandimentis, & largitionibus iuuenilem animum deuinciebat; truci contrà ac minaci Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.*

Tacit. lib. 2. ann.

Lib. 12. ann.

SVffeciſſe olim indigenas conſanguineis ſuis. Id eſt Albani indigenæ, ſatisfuerunt ad explendum ſenatum Romanorum, quibus erant conſanguinei. *quod bonum, fauſtum, felixque ſit populo Romano, ac mihi vobiſque Albani, populum omnem Romam traducere in*

Liu. lib. 1. Dec. 1.

animo

animo eſt, ciuitatem dare plebi, primores in patres legere, vnam vrbem, vnam rempublicam facere, vt ex vno quondam in duos populos diuiſa Albana res eſt: ſic nunc in vnũ redeat. quod ait *in duos populos diuiſa.* deſcribit conſanguinitatem Albanorum, & Romanorum, de qua poeta.

Albanique patres atque altæ mœnia Romæ.

At hi cum cæteris è Latio indigenæ dicuntur, licet gręcis poſt admiſtis βάρβαροι τίνες ἦσαν αὐτόχθονες, οἱ συμπάντες οὗτοι λατῖνοι ἐκλήθησαν.

Dionyſ. li. 1. antiq. i. erant quidam barbari indigenæ hi omnes latini dicti ſunt.

F*Erro igniqne ceciderint.* Reiicio *vique* iniuriamque à noſtro, & à Suetonio defendo. *diu cunctatus an omnes igni ferroque abſumeret* vbi etiam *vi* ſupponunt. an vbique eadem menda? *voſque dij teſtes facio, me L. Tarquinium ſuperbum, cum ſcelerata coniuge, & omni liberorum ſtirpe ferro igni perſecuturũ.* Curtius. *admiratus Epheſtion magnitudinem animi ſpernentis, quod alij per ignes ferrumque peterent.* Virgilius.

Claud. c. 21.

Liu. li. 1. Dec. 1.

Lib. 4. AEneid.

Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor
Qui face dardanios ferroq; ſequare colones.

M*Anibus eorundem proſtratis.* Abſtinui ſemper à correctionibus, atvbi res ne-

neceſſario monet, nihilomagis ſoleo manus continere: prȩſertim quando caſtigatio vna literula mihi ſtat. locus iſte reiecta s litera eſt inter incorruptos. *quid ſi memoria eorum inorietur, qui Capitolio, & ara Romana manibus eorundem proſtrati?* τὸ *capitolio proſtrati* vice *ſtrati. pro capitolio.* ſicut iam diximus, & ſicut illa Cȩſaris *prædam militibus donat, exercitum Ligerim traducit* & illa Catulli. s. li. 6. ibi vt verſ Latinium Latiarė. lib. 2. Gallic.

Perambulabit omnium cubilia.

At qui nam iſti qui pro Capitolio cæſi ſtratique ſunt? ſeniores patrū plebiſq;, à Gallis ſȩuiter diſcerpti: qui cum recipere ſe in Capitolium poſſent, mortem parui fecere, vt iuuentus in eo facilius obſidionem toleraret, ſeque & ſacram illam ſedem ab iniuria prohiberet. *ſi arx Capitoliumque ſedes deorum, ſi ſenatus caput publici conſilij, ſi militaris iuuentus ſuperfuerit imminenti ruinæ vrbis, facilem iacturam eſſe ſeniorum, relictæ in vrbe vtique perituræ turbæ, et quo id æquiore animo de plebe multitudo ferret, ſenes triumphales conſulareſq; ſimul, ſe cum illis palam dicere obituros: nec ijs corporibus, quibus non arma ferre non tueri patriam poſſent, oneraturos inopiam armatorum.* Liu. li. v. dec. 1. Quod autem ad eam ſtragem reſpectum

ſit

ſit, liquet ex verbis Claudii ad eiuſmodi reſpondentis. *capti à Gallis ſumus*. oblita mihi fuerant hæc Thucydidis. διαδραμὼν δὲ τὸ τῶν ἀθηναίων στρατόπεδον: vbi Scholiaſtes. ἀντὶ τοῦ διὰ μέσου αὐτῶν δραμών.

Lib. 2.
i. percurrens Athenienſium exercitū
i. pro per medium illorum currens.

Pag. 81.

D*Vm induſtria cubiculum principis occulit adulteros*. non eandem ſemitam cū iis teram, qui dictitant hæc eſſe conſpurcata: nam emendando laterem lauant. Mihi fullone (qui poliat) ea non egere ſatis liquet *induſtria*. Sexto caſu hunc ſenſum parit. Dū cubiculum principis induſtria Meſſalinæ occulit adulteros; non erat (aiunt aulici) nobis timendum, quod ipſa metuens, & de ſuo ſtatu ſollicita, potius ſibi cautum ire debebat, quam pernicies aliorum meditari: nunc vero nuptiis palam celebratis ſumpto que nobili iuuene, conſuleque deſignato, certum eſt à ſic ſecura mariti exitium Claudio ſuiſque haud ambiguum cōparari: quippe quod ſciret, res eos iam fugere non poſſe omniumq; gnaros vltionem quam primū deprompturos. Optime ratiocinantur præpotentes iſti liberti: nam quando eiuſmodi celari nequeunt, potior eſt fortuna occupantis: præuiderat hæc Silius, at ſuos monitus

tus apud ſurdas aures deponebat. *flagitijs manifeſtis ſubſidium ab audacia petendum.*

A*C primo Caliſtus iam mihi circa mortē Cæſaris narratus.* Eruditiſſimus vir (vt eſt ingenuę veritatis) autumat hanc totā periodum cum ſequenti, *præſtitit Narciſſus ſolum id immutans* ſuum fugere captū. Ego vero (ſi non me nimis indulgeo) reor ea eſſe mihi cognita, quę connexa, conſentaneaq; tibi dilucidabo. Pallas, Caliſtus, & Narciſſus *quos penes potentia, & ſi res verterent formido.* cognito Meſſalinæ facinore, primū inter ſe cōſultauere an retraherēt Meſſallinā ab illo perdito amore, idq; minaciis intētis de tota re Claudio manifeſtanda: ſed animaduerſo non leue illinc periculum, poſt illa diſceptāt num potius ſit eam apud maritum deferre: verum & hinc periculis imminentibus, Pallas, & Caliſtus miſſa vtraq; faciunt diuerſis de cauſſis: at Narciſſus perſiſtit in poſterioribus, ſcilicet in accuſatione, vno tantum immutato: hoc eſt deſtinauit Meſſalinam peruertere ſecreta delatione. verum enimuero quæ nam horum ſupina ſtultitia (dicat aliquis) minis eam ſperare ab amore Silii deterrere, cui adeo vilis maritus vt nuptias in

In Claud.c.29. propatulo celebrare ſit auſa? reſpondet pro me Suetonius docetque ad maritum fallendum non eam omnem prætextum flocci feciſſe. *Nam illud omnem fidem exceſſerit, quod nuptijs quas Meſſalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis, & ipſe conſignauerit, inductus quaſi de induſtria ſimularentur ad auertendum transferendumque periculum, quod imminere ipſi per quædam oſtenta portenderetur.*

CVſtodem Silio ac Meſſalinæ dat. Optima lectio, quæque omnium caſtigationibus merito anteuertat. adulteri, miniſtrique Meſſallinæ ſupplicia ſubeunt: quorum Silius (vt reor) tribuni manu: nam principes viri ab his capite truncabantur. *Pœna Flauij Veiano digno mandatur* & (verba ſunt de Plautio Laterano) *manu Statij tribuni trucidatur*. at carnifex occidit Vrbicum, Trogum, & Valentem. *tradi ad ſupplicium iubet*. Titius vero Proculus miniſter amorum Silii, & Meſſalinæ, militibus laniandus à Claudio datus eſt, qui vniuerſos ſeditioſis vocibus expoſcebant. ad eam faciem Cleander permiſſus eſt plebi vociferanti. *plebi ad pœnam donatus eſt*. at *cuſtos Silio ac Meſſallinæ*

Tacit.li.15.ann.

Nigro

Lamprid in Commod.

linæ vice *cuſtos Silij ac Meſſallinæ*. Plautus. Curcul.

> *Curc. Et quidem reliqui in ventre cellæ vni locum.*

noſter *Is Rex hyberis, idemque Mithradatis frater*. Lib.2.ann. Thucydides. διότι τὸ μὲν λυποῦν ἔχει ἤδη τὴν αἴσθησιν ἑκάστῳ. Lib.2. 1. quod triſtitia habet ſenſum cuiq;. Dixi *cuſtodem* poſitum pro *miniſtro*.

Virgilius affirmat Lib.12. Et ibi Seru.

> *At triuiæ cuſtos iam dudum in montibus Opis.*

Ea recte miniſtra dicitur, nam ſumma montium tenebat ad exequendam vltionem Camillæ, ſibi iniunctam à Diana.

Pag. 83.

HOneſta quidem, ſed ex quibus deterrima orirentur flagitijs multis, ſiue *inultis* quod in idem recidit. Vna opera dicam me non aſſequi ſenſum horum verborum, quam ea eſſe mutila, & corrupta. Tacitus impoſiturus huic libro finem, iudicium fert de tota Meſſallinæ Tragœdia, nemo (inquit) adulteræ cædem accuſet: quia ſuo

ſibi merito pœnis fuit affecta: verum illinc fons tot malorum, quę ſecuta ſunt: nam Meſſalina viua nunquam locus inceſto neptis matrimonio, non veneficio Britannici, non tot ſceleribus, quibus Nero infeſtauit orbem terrarum.

(:)

A D LIBRVM ANN. DVODECIMVM.

Pag. 84.

C*Ælibi vitæ intonanti.* Pleroſque reor ignorare quid ſibi velint hęc verba: niſi ſorte mihi obſcura ſunt, quę aliis clara, & manifeſta *tonare* μεταφορικῶς, quaſi dicas altiori voce aliquem arguere.

Proinde tona eloquio. Virg. lib. 4. Aeneid.

Liuius *cum hæc intonuiſſet plenus iræ.* quod à gręcis profectum. Dec. 3. lib. 1.

ζεῦς πρὸς τὸν ἔρωτα βέλη τὰ σὰ πάντ' ἀπειλοῦμαι,
χὠ πτανὸ, βρόντα, καὶ πάλι κύκνος ἔσῃ.

Lib. 1. Epigr. i Iuppiter amori, auferam omnia tela tua, at aliger, tona, & rurſus cycnus eris.

Tona id eſt *minacijs vtere.* Claudius ergo ſcri-

ſcribitur intonare vitæ cęlibi, quod ęgre ferret cælibatum, in eumque ſæpius ardens inueheretur.

Pag. 85.

E*T conſenſui imparem reſpondit*. Nec τὸ *&* delendum, nec τὸ *ſenatus* addendum: aptius ad quæſita Vitellii, Claudius non potuit reſpondere. is dixerat imperatori: Populus vult, ſenatus poſtulat nuptias tuas cum Agrippina: conſenſum ne tuorum ciuium nihili facies? ad quę Claudius, ſe eſſe vnum ex ciuibus, & eorum conſenſui obſecuturũ: nec fefellere vſquequaque Vitellii promiſſa (licet is Claudium palpo percuteret) ecce ſenatores. *haud defuere qui certatim ſi cunctaretur Cæſar, vi acturos teſtificantes erumperent curia*. ecce populum. *conglobatur promiſcua multitudo, populumque Romanum eadem rogare clamitat.*

Pag. 87.

N*Oſtris in armis* τὸ *armis* in re militari nunquam legi vſurpatum pro *lateribus*: de interpretatione vero eadem mihi mens, *&* eruditiſſimo viro: nimirum romanas cohortes, & Boſphoranos Romanis armis

mis inſtructos media tenuiſſe:at non concesserim diſpungi τὸ *in* quia Cornelius id ſedulo hic e Virgilio deduxit.

Nec minus Æneas maternis ſæuus in armis.

Qui non infrequenter Virgilium æmulatur,& imitatur, licet eius dicta propria non faciat,ea deflectens à ſignificatu Poetæ. Thucydides(aït Demetrius) κἂν λάβῃ παρὰ ποιητοῦ τὶ ἰδίῳ αὐτῷ χρώμενος, ἴδιον τὸ ληφθὲν ποιεῖ nam quod Homero περίῤῥυτος magnitudinem deſignat, apud eum concordiam præ ſe fert. Nunc ex multis nonnulla decerpamus quę Tacitus per Virgilium ſcripſit. Lib.12. i. etiam ſi aliquid à poeta ceperit eo proprie vtens, proprium facit.

. . . . *non ulla laborum* Lib.6.AEneid.

O virgo noua mi facies.

Ac rurſus noua laborum facies. ille Lib.5.hiſtor.

Aſſueta ripis volucres, & fluminis alueo. Lib.6.AEneid.

Iſte *neque piſces aut ſuetas aquis volucres*. Publius. Lib.5.hiſt.

Iam Senior, ſed cruda Deo viridiſque ſenectus. Lib.6.AEn.

Cornelius. *& adhuc affluebat omnis iuuentus, & quibus cruda ac viridis ſenectus.* Apud Poetam. In uit.Agric.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Lib.2.AEn.

Apud

In uit. Agric. Apud hiſtoricum. *& aliquando etiam victis ira virtuſque.*

Lib. 2. AEn. Tandem vates.

Maturate fugam, regique dicite veſtro.

Lib. 12. ann. Orator. *in longinqua, & contermina Scythia fugam maturauit.*

PRoprijs odijs infenſum. Ex Agricolę codice Modius, & eruditiſſimus vir addunt negationem *proprijs odijs non infenſum.* Ego de vetere ſententia non decedo: odia propria apud noſtrum ſunt odia non momentanea, ſed quę non facile deponuntur: ea enim vis τοῦ *proprium.*

Plaut. Moſtell. *Atque illum amatorem ſibi proprium futurum in vita.*

Virg. lib. 1. AEn. . . . . . *nimium vobis Romana propago*
Viſa potens ſuperi propria hæc ſi dona fuiſſent.

Senſus eſt, Eunones licet in Romanorum gratiam conſpirauerit cum aliis Regibus ad uerſus Mithradatem, tamen habebatur exo rabilis, vt pote qui ſimultatum tenax non erat, immo id genus hominum inuiſum habebat, gnarus pœnarum quę inexorabiles ſequuntur.

ὅς δὲ κ' ἀνήνηται, καὶ τε στερεῶς ἀποείπῃ
λίσσονται δ' ἄρα ταί γε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι
τῷ ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ,

Hom. I.
i. qui autem renuerit dureque repudiauerit, præcantur igitur hæ Saturnidē adeuntes, eum Atē vna ſequi vt læſus pœnas luat.

Vel Eunones alias ante Romanam ſocietatem inimicus erat Mithradati propriaq; odia exercebat. ſed is adeo ſibi à Romanis metuebat, vt genua Regis infenſi accidere ſuſtinuerit. Sic Themiſtocles Athenienſium metu, ſupplex fit Admeti Regis, & inimici. Thucyd. lib. 1.

V*Erum ita maioribus placitum (quantalibet pertinacia in hoc tentata) beneficentia aduerſus ſupplices vtendum.* Muretus. *verum ita maioribus placitum, quanta peruicacia in hoſtem, tanta beneficentia aduerſus ſupplices vtendum.* Erudiſſimus vir pedibus it in eius ſententiam. Quam vellem vt ab his ſuperſediſſent, vocemque indignam populo Romano ei attribuere peperciſſent, *ac præcipua ſilurum peruicacia, quos accedebat.* Tacit. lib. 12. ann. peruicax ideo hæc gens, quod iam victa ab Oſtorio minore militum numero, & loco Romanis iniquo; nihilo ſecius bellum redintegrabat: aptius autem id verbi cadit in Mithradatem, qui non ſemel à Romanis victus bellum reparauit: *nec fuit in arduo ſocietas po-*

tentiam Romanam aduerſus rebellem Mithradatem oſtẽtantibus. at verbum *tentatum* de ea re dicimus, cuius iã periculũ fecimus. *rat⁹ tentari patientiam, & tentatam contemni* · noſter. *ſic praueƈti tentato telorum iaƈtu dirimuntur.* His percurſis, dicimus Claudium ita reſpondiſſe Eunoni pro Mithradate intercedenti: animus ferebat, vis aderat vlciſcendi Mithradatem; ſed clementia maiorum qua ſupplicibus ſine fine indulgebant (licet expertus ego ſępe ſim, quam is fuerit animi ad rebellandum obſtinati) me ab incœpto cõtinet, & auertit. Vel ſimplicius: ſequar tamẽ maiores, qui quantamuis peruicaciam depræhenderint in hoc: id eſt in ignoſcẽdo, ſupplices tamen venia ſemper impertiebantur.

Liu. lib. 1. dec. 1.
Lib. 5. hiſtor.

Pag. 88.

PER *intempeſtiua nouercæ officia*. Erudiſſimus vir ad ſeruos refert, qui ab Agrippina ad alia officia vocabantur. videat lector: Ego dicerem Agrippinam amouiſſe à priuigno pleroſque familiarium liberos, & ſeruos, quò ex comitatu Neronis & Britannici, populus *fortunam vtriuſque præſumeret.* Et quò priuignus non haberet, vnde

prę-

præceptis ſiue monitis imbueretur. hæc de domeſticis, idem de iis qui foris eius ſortem querebantur. *Simulque qui centurionum tribunorumque ſortem Britannici miſerabantur, remoti fictis de cauſſis, & alij per ſpeciem honoris, etiam libertorum ſi quis incorrupta fide depellitur.* Eadem ergo ratio remouendi domeſticos, & extraneos, ſed non idem prętextus; de extraneis clarum, non itidem de domeſticis: nam *per intempeſtiua nouercæ officia* quo pacto quis animo defęcatô interpretetur de ſeruis ad alia officia vocatis? mihi placet, Agrippinam prętendiſſe caritatē, hoc eſt Britannico (quem penes ſe in Gynęceo vellet) familiares vt minime neceſſarios abſtuliſſe; id vero intempeſtiuum eſt: quia iam ætas Britanici exceſſerat è magiſterio feminarū: qui ad hoc loci vndecim annos iam natus erat: ſi enim anno 806. ab v.c. Nero ſedecim annorum. *D. Iunio, Q. Haterio coſſ. ſedecim annos natus Nero*; maiorque biennio quam Britannicus. *his euictus biennio maiorem natu Domitium filio anteponit.* neceſſum eſt Britannicum C. Antiſtio & M. Suilio coſſ. (quibus ea ab Agrippina curabantur) annum iam decimum primum attigiſſe.

Pag.89.

Tolom. lib. 2. C*Inctoſque caſtris Antonam, & Sabrinā fluuios.* Inuenio inter Britannos *Sabrianā æſtuarium* & *oſtia fluminis Triſantonis* quęnomina non valde abhorrent ab *Antona* neque à *Sabrina.* τὸ *cohibere* de altitudine noſtro dicitur. *cohibita domuum altitudine*, quis igitur vetat ne etiā de latitudine dicatur? Oſtorius vti dubios profligatis hoſtibus in fide retineret, eos iubet & arma tradere, & fluuios Antonam & Sabrinam in riuos extenuare parat: idque faciebat, quod fiducia fluminum ſæpius homines rebellent, vel minus certe victoribus concedant: hinc Da-

Q. Curt. lib. 4. rius quò deterreret Alexandrum. *Tranſeundum eſſe Alexandro Euphratem, Tigrimque & Araxem, et Hydaſpem magna munimenta regni ſui*. Cæterum flumen Sicoris eodem modo riuis cohibetur.

Luc. lib. 4.

Ac ne quid Sicoris repetitis audeat vndis
Spargitur in ſulcos, & ſciſſo gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ.

S*ED tum aſtu, tum locorū fraude prior*, vel *ſed aſtu tū locorū fraude prior*, quod æqui boni-

boniqué facio *aſtus* qui alias dicitur *furta belli*, eſt par præcipua bellandi.

ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι — Hom. a i. Vel ad inſidias ire vel fortiter aduerſus viros pugnare.

Et

οὔ λόχον δ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν ἀχαιῶν — i. neque ad inſidias ire cũ optimis Græcorum.

Fraus locorum, peritia locorum.

. . . . . *quem iam manus omnis* — Virg. lib. 9.

Fraude loci, & noctis ſubito turbante tumultu

Oppreſſum rapit.

Agitur de Eurialo oppreſſo ab equitibus locorum gnaris.

Obijciunt æquites ſeſe ad diuortia nota.

Qua de re Caractacus his fretus, transfert bellum in Ordouicas, vbi vtriſq; locus eſſet. Eruditiſſimus vir ex his compoſuit *actutum* (In ſec. cur.) nefas ratus Britannum melius τὰ στρατηγήματα callere, quam Ducem Romanum. Verum quisnam Caractacus iſte? princeps inter Siluras, qui ab Hiſpanis gente aſtutiſſima originem ducunt. *Silurum colorati vultus, & torti plerunque crines, & poſitu contra Hiſpaniam Iberos veteres traieciſſe, eaſque ſedes occupaſſe fidẽ faciunt.* (Tacit. in Agric.) Et is ſuper vim originis quæ durat, *proximi Gallis et ſimiles ſunt durante vi originis.* (Id. d. loco.) per proſpera, & per aduerſa multum

pro-

profecerat. *Caractaci viribus conſiſos, quem multa ambigua, multa proſpera extulerant, vt cæteros Britannorum imperatores præmineret.*

Q*Vi pacem noſtram metuebant*. Hi ſunt reliqui Britannorum, ad eam diem Romanis intentati, qui metuebant ne reddita victis pace, contra ſe veniretur. Eruditiſſimus vir *pacẽ an irã̀m noſtrã*, & interpretatur: at vulgata tum ſcriptio, tum ſenſus faciliora ſunt.

N*AM ſi vos omnibus imperitare vultis*, *ſequitur*. Acumen horum non ſatis perceptum, correctiones inuitauit. Agricola *non ſi vos omnibus*. Eruditiſſimus vir *num ſi vos omnibus*. Atqui vſus non erat, quippe quod hæc rationem reddant, cur bellando ſe ſuaque defenderit. Britanni perſuaſum habebant Romanos ſpe deuoraſſe imperiũ totius orbis, & omnes data occaſione ſenſim ſubacturos. *Raptores orbis poſtquam cuncta vaſtantibus defuere terræ, et mare ſcrutantur. ſi locuples hoſtis eſt, auari. ſi pauper ambitioſi quos non Oriens non Occidens ſatiauerit*. hinc ergo Caractacus excuſat bellandi neceſſitatem,

Tacit. in Agric.

tem, aitque: inuitus res meas amiſi, ſcilicet liber ego pro iis ſeruandis bellum aduerſus vos geſſi, nam vos in omnes regimen vultis, vnde omnibus manifeſta ſeruitus impēdet. At neceſſario non ſequſtur (Eruditiſſimus vir inquit) Romani volunt, omnes ſerui fiunt. Callide Caractacus (reſpondeo) auget Romanorum potentiam: nam dicendo eos quęcunque vellent poſſe, excuſat bellum tanquam geſtum pro vitanda vrgentiſſima ſeruitute. era

ET *ſupplicium mei obliuio ſequeretur: at ſi incolumem.* Eruditiſſimus vir poſt Rhenanum, ſcribendum putat *obliuio ſequetur.* Et hac diſtinctione *& ſupplicium mei, obliuio ſequetur, at ſi incolumem.* Quę tendunt in hūc ſenſum. ſi me ſuppliciis afficis, ſtatim huius rei homines obliuiſcentur: at ſi mihi ignoſcas, quam digniora Caractaci virtute ſunt vulgata. *Si ſtatim deditus traderer, neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruiſſet, & ſupplicium mei obliuio ſequetur: at ſi incolumem.* Is certe Claudium perſuaſum it, è re imperatoris fuiſſe, ſe cum Romanis tot pręliis decertaſse. Si ſtatim (inquit ille) atque duces tui me bello aggreſſi ſunt, ſine ſanguine me dediſſem

diſſem,& ad tua genua ſupplex accidiſſem, quid nam tuæ gloriç additum eſſet ab imbelli & ſic facile dedito? at nunc tot pugnis aduerſus vos notus viribuſque tuis tandem domitus, quantũ laudis à te ſeruatus apud poſteros conſignabo? *ſupplicium* loco *ſupplicatio*. noſter. *tum ſupplicia Diis decernuntur*.

Lib. 1. ann.

V T maior laus cõpoſiti, vel ſi durauiſſent. Collectiue, & ea forma, qua *repetitũ* apud noſtrum *& libertatis improſpera repetita*. Doctiſſimus vir *compoſitis*. Vt his aptius ſequentia reſponderent, *vel ſi durauiſſent*. verum cum etiã in eodem reatu Thucydides ille ſit, ſatius erit deſiſtere ab aduocatione.

Lib. 1. ann.

τοσοῦτον τῷ περικλεῖ ἐπερίσσευε τότε, ἀφ' ὧν αὐτὸς προέγνω.

Lib. 2. i. tantum Periclitũ ſupererat, ex quibus ipſe præuidebat.

V Enuſius è ciuitate Iugantum. Nonnulla ciuitatum, fluminum, locorum nomina Tacito dicuntur, quæ non ob id corruptionis inſimulare debemus, quod ab aliis non recenſeantur: inter quæ (vt reor) Iugantes. Eruditiſſimus vir ſequitur Rodulphum, legitque. *Brigantum:* putãt iis ſe iuuari *ſpreto Venuſio, is fuit maritus, armigerum eius Vellocatum in matrimoniũ regnum*

Tacit. lib. 3. hiſt.

que

que accepit: concuſſa ſtatim flagitio domus: pro marito ſtudia ciuitatis, pro adultero libido Reginæ, & ſæuitia. igitur Venuſius accitis auxilijs, ſimul ipſorum Brigantum defectione, in extremū diſcrimen Cartiſmanduā adduxit. tum petita à Romanis præſidia: & cohortes alæque noſtræ varijs prælijs exemere tamē periculo Reginā: regnū Venuſio, bellum nobis relictum. Sed quid ibi pro ſe? Cartiſmamdua regina Brigantum, maritum habebat Venuſium è ciuitate Iugantū; inter quos ſecuto diſſidio bellum cœpit: Venuſius ſuis, & pleriſque Brigantum, qui a Regina defecerant, eam obſidione adeo premebat, vt Romanis cohortibus vix eripi valuerit. Quę omnia profecto vera dices, ſi cū ſequentibus ſedulo contendas. *Sed poſt captum Caractacum, præcipuus ſcientia rei militaris Venuſius è ciuitate Iugantum, vt ſupra memoraui, fiduſque diu & Romanis armis defenſus, cum Cartiſmanduam Reginam matrimonio teneret: mox orto diſsidio, & ſtatim bello, etiam aduerſus nos hoſtilia induerat: ſed primo tantum inter ipſos certabatur callidiſque Cartiſmandua artibus fratrem ac propinquos Venuſij intercipit: inde accenſi hoſtes ſtimulante ignominia ne feminæ imperio ſubderentur, valida, & lecta armis iuuentus, regnū eius inuadunt, quod*

nobis præuiſum, & miſſæ auxilio cohortes, acre prælium fecere, cuius initio ambiguo, finis lætior fuit. præcipue tamen arguit Venuſium non fuiſſe è ciuitate Brigantum *inde accenſi hoſtes* ſcilicet Venuſius, & ſui, additis *& regnum eius inuadunt* id eſt Cartiſmanduæ, quę Brigantes regebat.

N*E feminæ imperio ſubderentur*. Eruditiſſimus vir obliuioſum Corneliū facit; quod apud Britannos feminæ regno, & Ducatu dignarentur, nec id ignominiæ daretur. *Solitum quidem Britănis feminarum ductu bellare*, Et *neque enim ſexum in imperijs diſcernunt:* at ego ei nō inurerem hanc notam: nam & illa verba referri poſſunt ad fratrem & propinquos Venuſii fraude captos: quos cum Iugantes puderet in feminę poteſtatē deueniſſe, ad arma itum ſit: vel ſi mauis Iugantes arma rapuiſſe, ne feminæ ſubderentur, nec in Tacitum peccas, qui nullibi dixit, Iugantum ciuitatem à feminis ſolitam regi: nec obſtat. *ſolitum quidem Britannis*. Multa enim in commune dicuntur, quę non obtinent apud ſingulas gentes. *hæc in commune de omnium Germanorum origine ac moribus ac*

Tacit. lib. 14. ann.

Id. in Agricol.

Tacit. de morib. Germanorum.

cepimus

cepimus: nunc ſingularum gentium inſtituta rituſque quatenus differant.

Pag. 91.

NE *dubitaret armis quam incruentas conditiones malle*. Phraſis hyperbatica exemplo Thucydidis concinnata, non ſemel in Cornelium criticos excitauit: nec eos continuit authoritas Phalerei, Halicarnaſſeique: qui apertiſſime dixerunt, magnitudinem per talia valde promoueri. En ea alium in ordinem compono. *ne dubitaret malle incruentas conditiones, quam armis*. Venalis iſte Pollio ſuadet Mithradati ne expectaret extremam vim, quando caſtellum obſeſſum expers commeatibus erat: eò anguſtiarum (dicebat) redactus es o Mithradates, vt nequeas hinc euadere; proinde ne nos cō ſule potius ne ſit cum Rhadamiſto paciſci ante vltimam pugnam, an ea tranſacta accipere ab eo victore condiciones: ſcis enim feſtinata deditione conciliari clementiam victoris, contra in pertinaces, & victos omne ſæuitiæ genus exerceri. *arma*, bellum, prælium.

Arma Deus Cæſar dites meditatur ad Indos. Propert.

Pag. 92.

P*Rouiſum illic ſacrificium imperatum dictitans*. Eruditiſſimus vir *prouiſu ſuo* τὸ *prouiſum* idem eſt ac ſi diceres, curatum, pręparatum. *nam vt proximus quiſque Britannico neque fas, neque fidem penſi haberet, olim prouiſum erat*. alibi. *quod noſtris parum prouiſum dum amœnitati potius, quam vſui conſulitur* Et *erat prouiſum quidem venenum, quo damnati publico Athenienſium iudicio extinguerentur*. quæ vis non eſt aliena à verbo *video*.

Tacit. lib. 13. ann.

Id. lib. 14.

Terent. Andr.

Niſi tu vides.

Plaut. Mercat.

. . . hoc nunc mihi viſo eſt opus,
Huic perſuadere quomodo potis ſiem.

I*Nijciuntur catenæ, ac compedes, quod dedecorum barbaris trahebatur*. Si tractio barbaris eſt ignominioſa, quid aditum emendationibus aperimus? pręſertim cum clarum ſit qua de cauſſa coniunctiones à Tacito diſſimulentur. τὸ δὲ τοιοῦτο, κυρτὰ, φαληριόωντα, τῇ ἐξαιρέσει τοῦ συνδέσμου μεγαλειότερον ἀπέβη μᾶλλον, ἢ εἰ εἶπεν, κυρτὰ καὶ φαληριόωντα. pręterea ſollicitudo reddendi coniunctiones grammaticum ſapit: hinc Philippus.

Demetr.
i. Hoc enim, tumidæ, ſpumātes, dempta & coniunctione maius euaſit, quam ſi ſic dixiſſet, tumidæ & ſpumantes.

συνδέσμων λυγρῶν θηρήτορες.

Lib. 2. Antolog.
i. coniunctionū moleſtarum venatores.

Verum

Verum, trahi ob id probroſum duco, quod pecora ſic minentur. *ſed pecorum modo trahi.* hinc etiam Virgilius de barbara loquens, affectus ciet.

Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo.
Criminibus à templo Caſſandra, adytiſque Mineruæ.

Quod prius ſacra pagina flebiliter vſurpauit *ceruicibus noſtris minabamur* ita doctiſſimus interpretum. Certior à me diſcederes, ſi maior eſſet copia, ſed non omnia pluribus teſtibus conſignari poſſunt: exemplo ſit in captiuis inciſio vinculorum. *Titus vero qui cum patre aderat, iuſtum eſt (inquit) pater, vna cum ferro etiam probro Ioſephum ſolui, erit enim tanquam nec initio vinctus ſit, ſi non diſſoluerimus, ſed inciderimus catenas: namque id agi ſolet in his qui non recte fuerint vincti.* Et ignis prælatio ante imperatores: quotus enim quiſque (niſi hi) talia memoriæ prodidere.

Ierem. in lament.

Ioſeph lib. 5. c. 12. de bell Iudaic.

Herod. in Cõmod.

OMnes *ſcelus externum*. Præſto eſt cauſa, qua doctiſſimus vir ſuppoſuit *omne*. nimirum conſentaneum non erat, paucos *quibus decus publicum curæ* (quod ipſe accipit etiam de puniendo Rhadamiſto) dixiſſe.

ſcelus

ſcelus externum cum lætitia habendum.cognoſcat lector noſtra, quæ forſan eum ſiſtent in tranquillum. agitur in concilio, quid opus facto ſit prodito à Romanis militibus rege, eodemque à Rhadamiſto interfecto, quem imperator dediſſet: pauci dicunt eſſe puniendos milites infames:plures ad neceſſaria belli reſeruandos:at hi omnes conſtanter cenſent,eſſe tranſmittendum Rhadamiſtum, quia regnum per ſcelera partum diu retineri nequeat, & Romanis apprime ſit vtile, gentes inter ſe bella exercere. *maneat quæſo, duretque gentibus ſi non amor noſtri at certè odium ſui: quando vrgentibus imperij fatis, nihil iam præſtare fortuna maius poteſt, quam hoſtium diſcordiam*.

QVam ſi cum gloria adeptus foret. Erat è re Romana,(vt iam dictum eſt) Rhadamiſtum ſcelere potius, quam per virtutem, ſui iuris Armeniam feciſſe: eius enim flagitium pręcipue ad eam occupandam rapuit Vologeſem. *nam Vologeſes caſum inuadendæ Armeniæ obueniſſe ratus, quam à maioribus ſuis poſſeſſam externus dux flagitio obtineret.* Populus equidem votis regnum à ſceleſtis ad innocuos transfert. *anteponendum eſſe vix*

dum

dum egreſſo pueritiam Neroni, Et *imperium per ſcelus adepto, virum ætate compoſita inſontem.* audi Salluſtium. *ita imperium ſemper ad optimum quemque a minus bono transfertur.* At emendatio eruditiſſimi viri *quam ſi cum gloria ademta forent.* poteſt hinc ab eſſe.

Tacit lib. 13. ann.

In Catili.

IVlius Pelignus ignaui animi. πτῶσις ſimilitudo illexit doctiſſi. virũ in caſtigationes, & iccirco ei placuit *ignauia* vt id cõcordaret *cũ deridiculo.* verum noſter hic θουκυδίδης. εἶπον δὲ τούτοις καὶ κερκυραίων ἅμα παραπλέοντας τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιμεληθῆναι. ad quæ huiuſmodi Scholiaſtes τὸ ἑξῆς ἦν παραπλέουσι, ἀλλὰ μεταβάσει ἐχρήσατο ἀπὸ δοτικῆς ἐπὶ αἰτιατικήν. & alibi iterauit *meminiſſent C. Aſinij, & Meßallæ, ac recentiorum Arruntij & Eſerni ni ad ſumma prouectos incorrupta vita & facundia.* Optime *Pelignus ignaui animi*. Salluſtius *hominem veteris proſapiæ, ac multarum imaginum, & nullius ſtipendij.* noſter *Abdus ademtæ virilitatis*.

Lib. 4.
Dixerantq; his Corcyreorum ſimul ad nauigantes, qui in ciuitate curam habere.
i. Conſequens erat ad nauigantibus, verũ vſus eſt tranſitu à tertio ad quartum caſum.
Lib. 11. ann.

Catil.

CVm priuatas olim conuerſationes curaret; iners ocium oblectaret. Scilicet Claudius cum nondum princeps, vndique ſui ſimiles alliceret ad animi remiſſionẽ. cur autẽ

hæc

hæc ſenio fuerint eruditiſſ. viro ego iuxta cũ ignotis ſcio. at quando Claudio iners ociũ? is certe priuatus, & princeps, multus in hi-
Suet. ſtoria ſcribenda, quod licet ocium, non ta-
Tacit.in Dialog. men iners vocatur. *Si modo in hac ſtudiorum parte oblectare ocium & nomen inſerere poſſunt*
Suet.c.5. *famæ* putem reſpectum ad illa tempora, quibus Claudius abiecit ſpem dignitatum. *tum demum abiecta ſpe dignitatis ad ocium conceſſit modo in hortis, & ſuburbano modo in Campaniæ ſeceſſu deliteſcens, atque ex contubernio ſordidiſſimorum hominum, ſuper veterem ſegnitiæ notã, ebrietatis & aleæ quoque infamiam ſubijt*. At Pelignus iſte vnus eorum, qui corpore deformis, & in paucis ei carus, cui vel ante ἀποθέωσιν. ſuus Vulcanus in deliciis.

Hom. Iliad. a. i. inextinguibilis autem excitatus eſt riſus beatis Diis, poſtquam viderũt Vulcanum per domos miniſtrantẽ.

ἄσβεϛος δ' ἀρ ἐνώρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,

ὣς ἴδον ἥφαιϛον δια δώματα ποιπνυόντα.

Eadem de cauſſa Vatinius irrepſit in aulam
Tacit.lib.15. Neronianam *corpore detorto, facetijs ſcurrilibus*. Serio tandem coniunctiones à noſtro ſupprimuntur, quod expreſſæ venuſtatem
Suet.in Aug. procul ſummoueant. *quæ detracta afferunt aliquid obſcuritatis, & ſi gratiam augent*.

Pag. 93.

S*Tatuiturque vt ignaro Domino ad id prolapſa, in ſeruitutem ſui conſenſiſſet, & qui nati eſſent pro libertis haberentur.* Non iure bono hæc emendantur, nec integrum ſenatuſconſultum Claudianum à Tacito refertur: quippe qui iuriſconſulti partes non exequatur. Femina quę ignaro domino cum eius ſeruo conſueuiſſet, conſerua fiebat, & nati ex huiuſmodi concubitu pro libertis habebantur. quę de matre dicuntur, Iuſtinianus affirmat obtinuiſſe. *ne ea quæ libera conſtituta eſt, vel ſemel decepta, vel infelici cupidine capta vel alio quocunque modo contra natalium ſuorum ingenuitatem deducatur in ſeruitutem.* quę de filiis nullibi legi: ſed ſi pœna irroganda, quænam ea congruentior? naſci eos ſeruos impium eſt, nec in fauorem libertatis, cui præcipue Iuriſconſulti, ac Imperatores, cautum voluere: liberos, illegitimum, vt qui ſtatim matrem à ſerui complexibus habuerint ſeruam. Eruditiſſimus vir, liberos oriri credit, qui ex tali coniugio naſcerentur: quaſi ei qui in vtero ſit, nocere non debeat superueniens calamitas matris. vera per ſe ſunt, ſed hic locum non habent: nam hi nunquã

L. 1. C. de ſenatuſc. Claud. tollend.

in vtero matrem liberam habuerunt. Idem quęrit quomodo libertus eſſe poſſit qui ſeruus nunquam fuit; prius mihi reſpondeat, quo pacto liberta rectè dicatur ea, quę haud extitit ſerua: hæc dico quia ipſe ſequitur codicem Farneſianum, vnde habemus. *vt ignaro domino ad id prolapſa, in ſeruitute, ſi conſenſiſſet, pro liberta haberetur.* Si *pro liberta* improprie, ego idem in *pro libertis.*

Pag. 94.

P*Rauiſa locorum vtilitate*. Cęcus pro improuido, quod non iniuria cadit in Chalcedonenſes, qui prius adiere & videre loca (vbi poſtea Byzanthium) iiſque per imprudentiam neglectis, aduerſa, & peiora legerunt: Doctiſſimo tamen viro placuit *parū viſa*. Sed Strabo ab eo laudatus inprimis pro me facit. τυφλοὺς καλέσαντα τοὺς χαλκηδονίους ὅτι πρότερον πλεύσαντες εἰς τοὺς τόπους, ἀφέντες τὴν πέραν κατασχεῖν τοσοῦτον πλοῦτον ἔχουσαν, εἵλοντο λυπροτέραν.

Non. de doct. indag. in v. Cęcum.

i. Cæcos vocantem Chalcedonenſes ꝙ prius ea loca aducti, neq; exerunt obtinere aduerſam regionem tot bonis copioſam & ſteriliorem dilegerunt.

Pag. 95.

P*Ares iterum accuſandi cauſſas eſſe.* Hæc mendoſa non ſunt, ſed obſcura, quæ tamen parum iuuat diſtinctio doctiſſimi viri *pares iterum accuſandi cauſſas eſſe ſi Nero*

impe-

imperitaret: Britannico ſucceſſore nullum principi meritum. Narciſſus ſcilicet horrebat regnum Britannici quod in eum beneficia nũquam contuliſſet: ſciebat is profectò (indeque ſibi metus) eo imperatore ſe certam perniciem manere, ob accuſatam & conuictã matrem Meſſallinam. *Sponſus iam & gener Domitius æquari Britannico ſtudijs matris, arte eorum quis ob accuſatam Meſſallinam vltio ex filio metuebatur*. Ego alia puncta adhiberem. *pares iterum accuſandi cauſſas eſſe: ſi Nero imperitaret Britannico ſucceſſore nullum principi meritum*. Et is (ni fallor) eſt ſenſus. par uifacere deberem (Narciſſus ait) Nero an Britannicus regnet, nam mihi ab vtroque exitium impendet: à primo propter odium quo mater eius me perditum cupit: à ſecundo propter cædem Meſſallinę: verum tot me beneficiis Claudius proſecutus eſt, vt vitam potius ibi profundere debeam, vbi ei ſaltem caueam, & ſaluti ſim: quod eueniet ſi delatione peruertam Neronem, & Agrippinam Claudio inſidiantes. is poſtea ex proſpero ſimilis accuſationis euentu, colligit id operis eſſe tentandum. *conuictam Meſſalinã, & Silium, pares iterum accuſandi cauſſas eſſe*. poſtulaui Meſſalinam (inquit) inſidiarum

aduerſus maritum, & ream peregi: qua de re confidenter, & iure, hos deferre debeo & poſſum, qui eadem machinantur. *Si Nero imperitaret Britannico ſucceſſore nullum principi meritum.* preſertim (addit) timore pœnitentiæ Claudii: nam qui filio (vt Nero) prælati ſunt ſemper timent ne pater reſipiſcat, ob idque ei ſolent eſſe ingrati & inſidiātur. hæc Narciſſus. Agrippina quoque (licet alia de cauſſa) lentum venenum non dilegit, verens. *Si lentum & tabidum dilegiſſet ne admotus ſupremis Claudius et dolo intellecto ad amorem filij rediret.*

Tacit. lib. 12 ann.

AD

AD LIBRVM ANN. DECIMVM TERTIVM.

Pag. 98.

S*Enecaque permitteret.* Doctiſſ. vir ſuæ tantum hęſitationis nos participes facit:mihi autem verba, & ſententia in aperto ſunt. Nero amoris vi matri iã minus minuſque obtemperabat, quæ eum ab Acte diſtrahere contendebat, & ſe regendum Senecę tradit, qui eiuſmodi amoribus non erat aduerſus. *ne ſeuerioribus quidẽ principis amicis aduerſantibus, muliercula nulla cu*

iuſquam

iuſquam iniuria cupidines principis explēte: immo ad eam rem miniſtros ſuggerebat. *ex cuius familiaribus Anneus Serenus ſimulatione amoris aduerſus eandem libertam primas adoleſcētis cupidines velauerat.* τὸ *Senecaque permitteret* vt illud.

Terent. Adelph.

Æſch. . . . pater tibi permittimus,
plus ſcis quid facto opus eſt.

Vtque.

Plaut. Rud.

. . . . . Cor. equidem ſuadeo
vt ad nos abeant potius dum recipis.

Lib. 2.

Eadē eſt inuenire apud gręcos. Thucydides. δεδιέναι δὲ καὶ περὶ τῇ πάσῃ πόλει, μὴ ἐκείνων ἀποχωρησάντων ἄλλως, ἐλθόντες σφίσιν οὐκ ἐπιτρέψωσιν quæ ſic explet ſcholiaſt. οὐ δώσωσιν ἄδειαν τοῖς Πλαταιεῦσιν ἐμμένειν τοῖς δόξασιν. *idem.* καὶ οἱ μὲν Ἴωνες τεταγμένοι προεστᾶσαν, καὶ διὰ φυλακῆς ἔχοντες *vbi ſcholiaſtes.* ἑαυτοὺς δηλονότι.

i. Timere quoque toti ciuitati ne illis digreſſis venirent Athenienſes qui ſibi non permitterēt.
i. Ne dent veniam Plateenſibus ſtandi placitis.
i. At græci ordine procedebant & cuſtodiebant.
i. ſeipſos ſcilicet.

Pag. 99.

I*Nde vilis rurſus Burrhus* τὸ *rurſus* non eſt inutile ſi *hinc* Et *inde* accipias pro diſpoſitione locorum, vnde Agrippina, & Burrhus cum Seneca viciſſim diſceptaturi fuiſſent: id nominis enim ſiue *rurſum* idem valet, quod *contrà* ſiue *e contrario.* Et hic reſpicit ad ſententiæ diuerſitatem.

Phedr.

Phedr. Heus tu negato rurſum. Terent. Eunuch. & ibi Donat.

Noſter. *neque eminentes virtutes ſectabatur, et rurſum vitia oderat.* alibi *vt nimia nuper coercendo filio, ita rurſum intemperanter demiſſa.* Et in hiſtoriis, *rurſus bonis remanere inter legionarios, aut alares volentibus permiſſum* · ad hanc faciem græci dixere τὸ ἔμπαλιν.

Lib. 1. ann. Lib. 4. ann. Lib. 2.

. . . . . . αἱ δὲ νεότητες
ἄφρονες, αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.

Poſidipp. li. 1. Antolog. i. Iuuentutes inſipientes, canicies rurſus debiles.

Burrhus autem vilis dicitur, propter manũ truncam: quod duces inualido corpore militibus contemptui ſint. *ſuperior exercitus legatum Hordeonium Flaccum ſpernebat, ſenecta, ac debilitate pedum inualidum.*

Pag. 100.

R*Eſutare tenebras.* Emendet Eruditiſſimus vir, mihi certè placent vulgata, quę ſic interpretor. Burrhus promiſſa nece Agrippinæ ſi ea facinoris conuinceretur, addit ſibi tamen non placere, quod Nero perpetem noctem pergræcatus, de ſubito ſtatueret de parentis morte: liquidius cum de die (poſtquam illam crapulam obdormierit) decernere de hac re poſſe.

Viuere

V*Iuere ego Britannico*. Sunt ſine Labe, & εἰρωνικῶς proferuntur. *Viuere ego Britannico potiente rerum poteram, ac ſi Plautus aut quis alius rempublicam iudicaturus obtinuerit.* Doctiſſimus vir ab iis diſtinctione, & caſtigatione diſcedit. *viuere ego Britannico potiente rerum poteram? at ſi Plautus, aut quis alius Rempubl. iudicatusue obtinuerit.* In hac delatione obiicitur Agrippinę ſtudium nouarum rerum vnà cum Plauto, callide quoque repetita eadem cum Britannico ſuſpicione. *non vetera, & ſæpius iam audita deferens, quod Britannici mortem lugeret.* quod nec ipſa diſſimulauerat. *id ſolum dijs & ſibi prouiſum, quod viueret Priuignus: ituram cum illo in caſtra.* hæc omnia refutat Agrippina ad hunc modum. quid mihi Britannicum Plautumque obiicitis? tot ſceleribus imperium filio paraui, vt quouis alio imperante nil (niſi pernicies) mihi ſit expectandum: quis enim (præter filium) inultam prætereat me ſontem, totque facinoribus infamem? *iudicaturus* id eſt. *recturus*, quia *iudicium* apud latinos aliquando eſt indiciū regiæ poteſtatis.

Plaut. Pſeud. *Ca. miſere miſer ſum Pſeudole. Pſeud. id te Iuppiter*

probi-

Probibeſſit.Ca.nihil hoc Iouis ad iudicium at tinet,
Sub Veneris regno vapulo, non ſub Iouis.

Pag. 101.

MVlti proprijs cum globis.Ex *proprijs cũ globis* ni conniueas videre potes quid hęc ſibi poſtulent. at Doctiſſ. vir legit *inulti proprijs*.quam bene ipſe viderit. quidam aſcitis comitibus Neronis, (cum quibus ſolitus erat per vrbem laſciuire)eadem licentia graſſabantur,multi propriis cum globis ſine ſui diſſimulatione vrbem raptabant.

ILLE an author.Hæc lectio cæteris multũ anteit.*Ille an author conſtitutionis fieret, vt inter paucos & ſententiæ aduerſos: quibuſdam coalitam libertate irreuerentiam eò prorupiſſe frementibus: vi an æquo cum patronis iure agerent,ſententiam eorum conſultarent, an verberibus manus vltro intenderent, impellerentue pœnam ſuam diſſuadentes.* Senſus horum difficilis non eſt,da operam, ſcies. Conſules metu principis abſtinuerunt à relatione,licet maior ſenatus pars pœnam decretura videretur. ad eum tamen ſingula perſcripſerunt: ille adhibitis paucis amicorum, dubitauit

(vt ſolet in concilio fieri vbi pauci & diſſidentes) an ſibi decernenda eſſet nec ne pœna libertorum. ∾ *an* offert *hæſitauit.* ſolitum enim eſt noſtro pleraque ſilere, quod vltro erumpant. *non ea imperatoris mandata habere Corbulo* ſcilicet dicebat.

Tacit.lib.15.ann.

Thraſ. Omnia prius experiri quam armis ſapientem decet

Terent.Eunuch.

Subauditur *vti. at Britanni non virtute ſed occaſione, & arte ducis rati:* nempe ſe victos. *officijs potius non peccaturos.* intelligitur præficere. Nunc verba explicemus. qui pœnas ſuadebant, ſic in aduerſarios inuehebantur. cò iam euaſimus impunita irreuerentia libertorum, vt pro deſpectis ab iis ſemper habeamur: ſi nobis apud vos fides non eſt, libertos ſaltem interrogate, num patronis præſtent officia debita, an potius eos deſpiciant, & aliquando verberent: quos non pudet pro iis (à quibus ſępe impulſi, & percuſſi) aduocatos agere, & pœnas deprecari. Cæterum libertorum impotentia non tunc primum orta, ſed apud antiquiores iam licenter peruagabatur.

Tacit. in Agric.

Id. ibid.

Tox. Sed ita pars libertinorum eſt, niſi patrono quis aduerſatus eſt.

Plaut. Perſ.

Nec

Nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi,
nec ſatis honeſtus,
Ni id efficit, ni ei maledixit, nigrato ingratus repertus eſt.

Pag. 102.

INoffenſa tot imperatorum malitia. Tria digna animaduerſione Tacitus narrat de Voluſio: ſpatium viuendi, diuitias iure partas, rationem vitæ, qua vir princeps (quod tunc mirum) tot imperatorum monſtra incolumis euaſit. Ergo legendum. *malitia* non *amicitia* cum doctiſſimo viro, neque *militia* cū Rodolpho quod verbi ſignificat τὴν κακότητα ſcelus, flagitium.

Neque is adeo propter malitiam patria caret, Plaut. Rud.
Sed dum alios ſeruat, ſe impediuit interim.

Inoffenſa malitia. Non data ſæuiendi occaſio ne tot malis imperatoribus.

HAbitas opes. alibi *tum quidquid habitū Neronibus, & Druſis*. Doctiſſimus vir Lib. 11. ann. vtroque in loco legit *auitas* & *auitum*. Me vero haud pœnitet vulgatæ lectionis: quis enim mendacii me coarguat ſi dicam maiores eiuſmodi nepotum Iros fuiſſe? pręterea

T 2 parta

parta Germanico, & Claudio (quod abſurdum) non continentur hoc verbo *auitum.*

Pag. 103.

H*Vc quoque & illuc volitans, plura fama quam pugna extrahere.* Syncera mihi ſunt, quæ inter maculoſa à Doctiſſimo viro cenſentur: is ita polit. *huc & illuc volitans, plura fama, quam pugna exterrere.* quid ſit *extrahere plura fama, quam pugna.* non e tenebris eruendum. Fixum Tiridati ſe ſe non dare in caſum pugnę, & vis Romana tamen erat ab Armeniis ſuarum partium prohibenda: itaque vt ſic eos ſaltem iuuaret, vſurpat

Salluſt.

quod olim factum Iugurthæ. *neque prælium*

Tacit. lib. 4. ann.

facere, neque ocium pati. quodque Tacfarinati *ſpargit bellum, vbi inſtaretur cedens, ac rurſum in terga remeans.* quamobrem dando famæ ſe prælio adfuturum, ſæpius milites Romanos è caſtris eduxit, quam accinctis pugnæ copiam fecit. hęc his firmantur. *igitur Corbulo quæſito diu prælio fruſtra habitus.* τὸ *plura,* aduerbii vice, vt *arguitur pleraque Caium Cæſarem quaſi inceſtæ virilitatis.* Et vt καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐβοήθουν ἡμῖν ἐναντία Θηβαίοις.

Thucid. lib. 3. i. Illi autem nobis auxiliabantur aduerſa Thebanis. aduerſa *vice* aduerſum.

Tunc

TVnc quoque primum illecti Iſichi, gens ante alias ſocia Romanis, auia Armeniæ incurſauit. Non de nihilo Doctiſſimus vir ſic emendauit. *gens haud alias ſocia Romanis*: nã qui ante ſocii ſi tum primum in ſocietatem aſciti? verum ne quid inexpertum relinquã, facillime credam hæc eò dicta fuiſſe, quod Iſichi, qui tunc primum allecti ſunt in Romanorum ſocietatem, munia ſociorum curatius, & promptius præſtarent, quam cęteri, qui in eodem tractu Romanam amicitiã colebant. *ſocia* quę ſerio ſocios iuuabat, vt non vere conſul, qui reipublicę non conſulebat. *quaſi aut legibus cum Silio ageretur, aut Varro conſul, aut illud reſpublica eſſet.*

Pag. 105.

IBI conceſſam dictitans nobilitatem, pulcritudinem. τὸ *ibi* id eſt domi, quaſi dicat, illam nũc adeo, & ibi fruor femina, qua nulla nũc pulcrior, neque nobilior. Cæterum glaucomam ab oculis ſuſpicor habere, nam videre haud potis ſum, quidnam impulerit eruditiſſimum virum ad hęc emendanda *dictitans.* enim aptiſſime dicitur de Othone qui vxorius, eoque frequens erat in vxoris mentione, pręſertim vt accenderet animum Neronis

ronis. *nobilitatem, pulcritudinem* κατὰ τὴν αὔξησιν.

Q. Curt. lib. 6.

pro femina pulcra, & nobili. *incidimus in ſuperbiam, ne dijs quibus ſe exæquat, nec hominibus quibus ſe eximit tolerabilem* de Alexandro ſuperbo.

Antiphil. lib. 1. Antholog.

ἄμφω μὲν πηροί, καὶ ἀλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲν ὄψεις,
ὃς δὲ βάσεις, ἄλλου δ' ἄλλος ὑπηρεσίῃ.

i. Ambo læſi & mendici, hic viſus, ille vero inceſſus, alter alterius miniſteriũ.

Lib. 4. ann.

Noſter *recentem Liuiæ conſcientiam exagitare, vt ſuperbiam fecunditate ſubnixam popularibus ſtudijs inhiare dominationi apud Cæſarem argueret.* quam tenuius ſi dixiſſet *vt Agrippinam ſuperbam.* vel *ibi* ſcilicet in Poppęa. *itaque ſe Dictatorẽ. L. Quintiũ dicturum, ibi animum parem tantæ poteſtati eſſe.* Noſter. *illum animo, & cultu magnificum, ibi ſe ſumma fortuna digna viſere.*

Liu. lib. 4. dec. 1.

Pag. 105.

O*Tho ſiue amore incautus, laudare formã elegantiamque vxoris, ſiue vt accenderet, ac ſi eadem femina potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adijceret.* Non ſibi conſtat (quod miror fugiſſe virum eruditiſſimum) Cornelius noſter: hic enim planè dicit, Othonem iam potitum, iam maritum Poppææ, eius formam ſępius Neroni laudaſſe, quò is eam arderet, indeque amorem eorum

rum

rum, & congreſſus: alibi autem aſſerit, à Nerone prius adamatam, apudque Othonem fuiſſe depoſitam. *Eoque iam Poppæam principale ſcortum, vt apud conſcium libidinum depoſuerat, donec Octauiam vxorem amoliretur.* idque factum matrimonii prætextu, vt clam matrem deliciaretur. *idem Poppæam Sabinã tunc adhuc amicam eius, abductam marito demandatamq; ſibi nuptiarum ſpecie recepit.* Clarius omnia Plutarchus. ἧς ἤρα μὲν ὁ Νέρων κρισπίνῳ συνοῦσης, ἔτι δὲ αἰδούμενος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ μητέρα φοβούμενος, ὑφῆκε τὸν Ὄθωνα πειρῶντα τὴν Ποππαίαν. Et paucis interiectis. ἀλλὰ τήν γε Ποππαίαν προμοιχεύσας τῷ Νέρωνι, καὶ διαφθείρας ταῖς εἰς ἐκεῖνον ἐλπίσιν, ἔπεισεν ἀποστῆναι τοῦ ἀνδρός: ἐλθούσης δὲ πάρ' αὐτὸν ὡς γαμετῆς, οὐκ ἠγάπα μετέχων, ἀλλὰ ἤχαλε μεταδιδούς. non ſoluo, nec recido hunc nodum.

Lib. 1. hiſtor.

Suet. Oth. ca. 3.

In Galb.

i. Quam quidem Nero deperibat adhuc agentem in matrimonio Criſpini, ſed reuerens vxorẽ & matrem timens ſubornauit Othonem qui Poppæã illiceret.

i. Verum cum prius Nerone Poppæam ſtupri ſollicitaſſet, & ſpe amoris principis corrupiſſet, ei perſuaſit vt a marito diuerteret qua ad ſe pro vxore deducta, ſocietate cõtentus non erat, immo ægre ferebat quod eam communicare teneretur.

Pag. 106.

IN qua tum Germani regnabant. Maiores & minores Friſii erant inter Germanos: cui rei ergo dicitur Germanos fuiſſe Reges Friſiorum? credo id factum quod aliud ſub Tiberio in vſu, tunc enim permittebantur primoribus centurionũ. *donec Olennius, e primipilaribus regendis Friſijs impoſitus*, donec Romanorum auaritia coacti & pacem, & imperium exuerunt, non tamen ſine multa

Tacit. de morib. Germ.

Id. lib. 4. ann.

cum

cum ſtrage dominorũ. *Clarũ inde inter Germanos Friſiorum nomen, diſſimulante Tiberio damna.* Nec mihi obiicias, Corbulonem vltum iſſe iniurias, nempe publicam eorum compoſuiſſe. *Et natio Friſiorum poſt rebellionem clade. L. Apronij cœptam, infenſa, aut male fida, datis obſidibus conſedit apud agros à Corbulone deſcriptos: idem ſenatum, magiſtratus, leges impoſuit.* indigenas enim par eſt eum præfeciſſe, è quibus Verritus & Malorix in ſeditione duces, ſiue reges.

Pag. 107.

QVotam partem campi iacere in quam pecora, & armenta militum aliquando tranſmittantur? ſeruarent ſane receptos gregibus inter hominum famam. Hęc vndequaque pura ſunt: agri à Friſiis occupati, prius fuerãt militibus attributi: qui minimam eorum partem (reliquo neglecto) pecoribus, & armentis deſtinauerunt. hinc Boiocalus vt vſurpata retineret, ita contendit. Maior agrorum pars vnde nos exigitis, numquam fuit à gregibus depaſta: proinde nos ex iis deturbari, nec æquum eſt, nec vobis vtile: non deprecor tamen, quin eam partem reſtituamus, in quam homines recordentur vllo vn

quam

quam tempore, pecora militum fuiſſe tranſmiſſa *receptos*. hoc eſt exceptos, paſſim apud Iuriſconſultos

Plaut. Trinumm.

. . . . . . poſticulum
Hac recepit quum ædes vendidit.

Gellib. 17. cap. 6.

Quando mulier marito dotem dabat, tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tranſmittebat, ea recipere dicebatur.

E*T commotus his Auitus*. Nonnunquã de precantium miſeremur, quos tamen nequimus facere compotes voti: ſic Auitus erat in clementiam pronus, & (abſque imperator foret) tam iuſtis miſerorum precibus indulgeret: at Nero eiuſmodi agrorum poſſeſſionem iam Friſiis denegauerat. *Friſiis decedere agris iuſſit*. quid igitur Auito reſtabat, niſi Anſibarios à ſe dimittere mitioribus verbis? *patienda meliorum imperia. τὸ commotus*. Eodem ſenſu *ingreſſuſque defenſionem commoto maiorem in modum Claudio, Meſſallinæ quoque lacrymas exciuit*. ad vltimum inter Boiocali preces, quam conſona ſacris literis hæc. *ſicut cælum dijs ita terras generi mortaliũ datas*. illæ enim *cælum cæli domino, terram autem dedit filijs hominum.* Tacit. lib. 11. ann.

IN *qua moriamur*. Eruditiſſimus vir hanc lectionem vt à libris, fouet. *deeſſe nobis terra in qua viuamus poteſt, in qua moriamur non poteſt*. verum ſi Phalereum conſuluiſſet non bis τὸ *poteſt* hic deſideraſſet. σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν θανόντα γράφεις κακῶς.

i. Tu de illo viuo dicebás male, & nũc de mortuo ſcribis male.

verba ſunt alius ſcriptoris, ad quę ſic ille. χρῆσις δὲ τῶν τοιούτων κώλων, ἐπισφαλὴς, οὔτε γὰρ δεινῶς λέγοντι ἐπιτήδεια: ἐκλύει γὰρ τὴν δεινότητα ἡ περὶ αὐτὰ τερθρεία καὶ φροντίς. hoc eſt, vſus horum membrorum lubricus eſt: non enim aptus eſt acriter dicenti: nam nimia circa eiuſmodi cura, diſſoluit grauitatem.

ET *minæ quidem hoſtiles in ipſos vertebantur*. Pedem ne referas, tritum eſt iter, fruſtraque ſcrupulos hic timemus: quis enim aptius τὰς μεταβάσεις faceret? & *minæ quidẽ hoſtiles in ipſos vertebantur*. ſcilicet in Cattos ex voto Hermundurorum. *At Ciuitas Iuhonum ſocia nobis malo improuiſo afflicta eſt*. inſtitutum quod iteraſſe noſter veritus non eſt. *Agitur in exilium tanquam quæ viderat pertuleratque*. *Proprio odio*. At *Numiſium Thermum prætura functum Tigellini ſimultatibus*

Lib. 16. ann.
Lib. 1. hiſt.

tibus dedit. adde. *per ſecordiam præfecti quem nota pariter & occulta fallebant: ſed tum e libertis Onomaſtum futuro ſceleri præfecit*. Eiuſmodi autem voti ſuſceptio, vel Gallis per quam familiaris fuit: adi ad doctiſſimum Imperatorum. Lib. 6.

(:)

A D LIBRVM ANN. DECIMVM QVARTVM.

Pag.110.

A*C poſtquam fruſtra oblata ſint.* τὸ *oblata,*depromtum eſt e prima antiquitate.
. . . . . *ita plorando, orando*
Inſtando, atque obiurgando me obtulit vti eam
Veniam darem.

Cæcil. Plot. apud Gell. lib. 2. c. 23.

a Agrippina rebus nouis inhiauerit (delator ait) & omnium ſtudia ad eam rem ſperauerat: verum tentando, & eos ad facinus impellendo

pellendo,fruſtra fuit.Cæterum Thucydides etiam habitus eſt captator veterum verborum:cuius inſtituti Salluſtium ſcimus non pœnituiſſe. Halicarnaſſ.ad Amm.

Et verba antiqui multum furate Catonis.

CLaudianorum temporum oblita inſectatione.non oblique immo aperte mihi ſordet *obliqua* in comparationem *oblita*:quũ non circuitione,ſed palam Nero Claudium carperet.*certe omnibus rerum verborumque cõtumelijs mortuum inſectatus eſt,modo ſtultitiæ, modo ſæuitiæ arguens.* Suet.ca.33 Oblitus ergo Nero quã multus olim fuerit in patris inſectatione,omnia flagitia quę ipſi iam vitio dederat,nũc matri impudenter affingit.

N*Amque & naufragium narrabat*. doctiſſimus vir mallet *iamque*, qua de cauſſa ipſe ſcit.verũ hęc de ſuperioribus pendent.*publica fortuna extinctam referens, namque,& naufragium narrabat*. Nero quo perſuaderet matrem caſu extinctam qui in rẽ omnium eſſet, naufragium vt fortuitum narrabat.

Pag. 111.

ASſiſtentibus familiaribus, cohors abſceſſerat, & mærens Burrus, ac laudans. Rectè ſenſit vir Doctiſſimus diuerſa ſpectacula Suetonio & Tacito ſcribi: res docet: vnũ enim celebratũ eſt præfecto prætorii Burro, cũi nunquã collega. *Ciuitati grande deſideriũ eius manſit per memoriã virtutis, & ſucceſſorũ alterius ſegnẽ innocentiã, alterius flagrãtiſſima flagitia, & adulteria: quippe Cæſar duos prætorijs cohortib' impoſuerat.* alterũ vero poſt eius mortẽ ſub Fenio, & Tigellino. *ſimulq; præfecti prætorio citharã ſuſtinentes.* De emẽdatione non oppido laboro. De ſenſu Cornelii hæc dicam. Imperator, milites, tribunos, ipſumq; Burrum præfectum aliò ꝓblegabat, familiaribus tantum facta copia aſſiſtendi, idque vt maiore ſpeciè libertatis, homines in iuuenalibus laſciuirent, mox ſeditione forſan perterritus, ſcenas (niſi milite ſeptus) non ingrediebatur: quod Suetonius recenſet, noſtro alibi non reclamante *ac ſæpe à militibus verberaretur, qui per cuneos ſtabant.*

Suet. c. 21. — a — Ibid. Lib. 16.

NEc dum inſignis ætatis nati. leuiter hic mihi placeo, ſed ab inſtituto nõ eſt temere diſcedendũ. Nero coæuos adoleſcẽtes

(nam

(nam ad id temporis inter eos erat) apud ſe cogebat, qui verſibus eius ſuos, vel cōtra cō cinnarēt. *nati inſignem ætatem,* ἀντίπτωσις vt *nihil abnuentem dum dominationis apiſceretur*. notat vir eruditiſſimus diſcordiā inter Suetonium, & noſtrū, nec obuiam it: mihi Cornelius ſuæ opinioni prętendit potiora: quod author è ſtylo præcipue depræhendatur, liturę vero, & ſupplementa parum valent ad ſcriptorem coniiciendum. Tacit. lib. 5 ann.

V*T q; contraria aſſeuerantium diſcordiæ.* Nō cuiuis patent: poſt epulas adhibebātur Philoſophi diuerſarū partiū: qui nō eo cōmittebantur: vt ex eorum altercationibus princeps imbiberet aliquid feriū, aut faciens ad virtutē, ſed contra ex nimiis eorum contentionibus luſus ei riſuſq; intendebatur. *nec deerant qui voce vultuque triſti inter oblectamenta regia ſpectari cuperent.* τὶ *vtque* ſimilitudinis eſt nota.

Pag. 112.

Q*Vam clariorem effecit.* Contenditur hic Seruilius cū Domitio: ille doctrinæ, & probitatis notæ, hic eruditus, ſed impurus; Domitiūs (ſupra animum poſtulationibus

Tacit. lib. 4. ann. Ibid.

bus deuotum) auidus erat. *quoq; facinore clareſcere*, illumque mirabatur nemo *quod diu egens & parto nuper præmio male vſus, plura ad flagitia accingeretur*. Seruilius autem totus ab eo diſcedebat *diuerſus morum*. nec diſſimilis à Terentiano Micione.

In Adelph.

Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Elegantia vitæ μεταφορικῶς quæ vitiis intacta, & à bonis electa ſit. Quam ob rem genus vitæ Seruilii per ſe clarum, clarius euadebat ex deterrima Domitii comparatione: Sic Cæſarem cum Alexandro ſi compares (militiæ alioquin pares) vnius clementia per alterius ſęuitiam illuſtior habetur *quam clariorem effecit, vt par ingenio, ita morum diuerſus*.

QVoties populus Romanus ſederet, nulla cuiquam ciuium neceſſitate ſpectandi. hæc dicuntur, vt nec prętextu antiquitatis Nero vti valeat: quaſi dicant. quid ad iſta Nero? num ſe defendet quod ſedens olim populus ſpectauerit? eſto: ſed nobis obſecro reſpondeat an antiquitus (quod nunc fit) homines ſpectare cogerentur. Potes igitur pręterire caſtigationes. Verum qui nouum Romę

mæ huiuſmodi certamen? *Varia fama vt cuncta ferme noua*. Vel quo pacto Nero id primus celebrauit? *Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more græco, triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre*. Pompeius certe in dedicatione ſui Theatri, edidit muſicũ, gymnicum, & equeſtre certamẽ καὶ ἐν τῷ ἐκείνῳ θεάτρῳ καὶ μουσικῆς, καὶ ἀγῶνος γυμνικοῦ, κἀν τῷ ἱπποδρόμῳ καὶ ἵππων ἅμιλλαν. Nero primus ſanxit vt quolibet quinquennio celebraretur.

Suet. ca. 12.

Dio. lib. 39. i. & in eodem ſpectaculum muſicæ, & certaminis gymnici, & in hippodromo equorum certamen exibuit.

AN iuſtitiã augurij. Securus corruptionis hæc attrecto. Res Romana ſtabat legibus & armis.

. . . . *pacis imponere morem*
Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Virg. 6. AEneid.

Hinc ſpectaculis detrahentes dicunt, his vtraque peſſum ire. de armis. *niſi vt corpora quoque nudent, & caſtus aſſumant, eaſque pugnas pro militia et armis meditentur*. de legibus. *an iuſtitiam augurij, & decurias equitum, egregium iudicandi munus expleturos?* leges enim diuina humanaque complectuntur. ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων καὶ τε ἀνθρωπίνων πραγμάτων. recenſent vero patricios ac equites, quod hos Nero præcipue ſcena dehoneſta-

Chriſipp. de leg. i. Lex eſt omnium diuinarum humanarumq; rerum regina.

uit,quodque hi tunc temporis humani diuinique Iuris iudices erant.Cæterum *iuſtitia* pro *iure*. προτότυπον ἄντι τοῦ παραγωγου *Iuri operam daturum prius noſſe oportet vnde nomen iuris deſcendat: eſt autem à iuſtitia appellatum*. idque noſter fecit Thucydidis authoritate καὶ ἐλθόντων τῶν πρέσβεων ἀπὸ τῆς συμμαχίας. *vbi Scholiaſt s*, ἀντὶ τοῦ ἀπὸ τῶν συμμάχων. noſtri eadem. *ignauiam, & vana ingenia*. Adde ſi placet. *ibi conceſſam dictitans nobilitatem*. Sed nihil opus circuitione, audi Virgilium vnde noſter ſibi ſumpſit.

i. Primitiuum loco deriuatiui. Vlp.li. 1. DD. de iuſt.& iur.

Lib. 1. i. Et cum veniſſent legati à ſocietate. i. Pro à ſocijs. Salluſt. Catilin.

Lib. 1. AEn.

O Regina nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iuſtitiaque dedit gentes frenare ſuperbas.

Hæc AEneas, quo vidente ipſa
Iura dabat, legeſque viris.

Optime *frenare* quia iura vinculum ne in flagitia ruamus. conſentaneum eſt igitur eos ſic dixiſſe. an proceres id eſt patricios, curatius executuros quę pertinent ad augurii ius, an equites quę ad munus iudicandi?

GRaci *amictus*. declino veſtigia corrigentis. *quos plerique inceſſerant*. Conuiciis ſcilicet: hæc ea de cauſſa dicuntur, quod ſub Nero-

Nerone græci habitus vſurpatio, deſuetudine vitio dabatur. poſtquam ſcilicet Pompeius gręcos ludos græco (vt reor) apparatu celebrauit. Dio lib. 39.

C*Orpore toto polluiſſe*. Eruditiſſimus vir *loto*: ſed primum ἐμφατικώτερον: quippe quod Nero mẽbris omnibus impurus eſſet. Suet. c. 29. *ſuã quidem pudicitiã vſq; adeo proſtituit, vt contaminatis pene omnibus membris*. Et inde cæteros ſuo modulo metiretur. *ex nonnullis cõperi perſuaſiſſimum habuiſſe eum, neminem hominem pudicum, aut vlla corporis parte purum eſſe*.

Pag. 113.

P*Ars Nipolique, & Ariſtobolo*. Multa Regum nomina apud omnes perierunt: quędam vni alteriue tantum dicuntur, ita vt forte Nipolis iſte ſoli Tacito memoratus eſt: quapropter non dicam maculas hic irrupiſſe: immo μεταξυλογία (quam etiam parentheſim dicunt) vulgata ſic iuuem. *Pars Armeniæ vt cuique finitima (pars Nipolique, & Ariſtobolo atque Antiocho) parere iuſſa*. τὸ *iuſſa*. Ex mera ſignificatione rei, nam in plures

Thucyd. i. Populus autem ſyracuſanorũ multum inuicem contendebant.

Ad Amm. i. præpoſito enim ſingulari nomine populum, conuertit orationem ad rem ſignificatam.

partes Armenia tunc diuiſa ὁ δῆμος ἐν πολλῷ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν. ad quæ Halicarnaſſeus. προθεὶς γὰρ ἑνικὸν ὄνομα τὸν δῆμον, ἀπέστρεφε ἀπὸ τούτου τὸν λόγον ἐπὶ τὸ συμαινόμενον πρᾶγμα. Eadem poeta.

Pars Scythiam, & rapidum Creta veniemus Oaxem.

Verum non parum turbat illa prima coniunctio *Nipolique*. Tu tamen haud ignoras coniunctiones magnum quid facere in cõpoſitione. οἱ μὲν σύνδεσμοι τὴν σύνθεσιν μεγαλοπρεπῆ ποιοῦσι ſciſque τὴν μεγαλοπρέπειαν noſtro in deliciis eſſe: cui Thucidides eiuſmodi commodauit. ἀφικομένων τῶν τελευταίων πρέσβεων ἐκ Λακεδαίμονος, ῥαμφίουτε, καὶ μελησίππου, καὶ ἀγησάνδρου.

Phaler. i. coniunctiones autem ſtructurã magnificam reddunt.

Lib. 1. i. Cum tandem veniſſent vltimi ex Lacedæmone legati, Ramphiuſq; & Meleſippus & Ageſander.

Sed quid moror externa?

Terent. Adelph.

Get. quod mihique, heraque, filiaque herili eſt.

Tacit. lib. 1 ann.

Dum Auguſtus ætate validus, ſeq;, et domum & pacem ſuſtentauit.

Siluas populatus. meo periculo repudia *ſiluras*: τὸ enim *populari ſiluas* nil aliud eſt, quam Britannos populari, qui ſiluas incolebant. *Veniunt à lateribus ſuis extruſi.* Et *nam vt ſuperaſſe tantum itineris, ſiluas euaſiſſe.* hæc de Agricola, qui (vt Verannius) morte prohibitus non eſt, quin bellum vlterius proferret:

Tacit. in Agric.

ret: immo cæſis fortiſſimis in ſiluis, cęteriſque tandem profligatis, aperuit Caledoniam. *quomodo ſiluas* (milites alloquitur, & ſimillima comparatione in hoſtes accendit) *ſaltuſque penetrantibus fortiſſimum quoque animal robore, pauida, & inertia ipſo agminis ſono pelluntur, ſic acerrimi Britannorum iam pridē ceciderunt, reliquus eſt numerus ignauorum, & metuentium.* Cęſar *cum ſiluas impeditas, vallo* Lib. 5. *atque foſſa munierunt.* Strabo πόλεις δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ Lib. 4. δρυμοὶ, περιφράξαντες γὰρ δένδρεσιν καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, καὶ αὐτοὶ ἐνταῦθα καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν οὐ πρὸς πολὺν χρόνον.

i. Eorum autem ciuitates ſiluæ ſunt: circumſepientes enim arboribus deiectis latum ambitum, & ipſi tuguria ſibi ponunt ſtabulaq; armentis non tamen ad multum tempus.

Pag. 114.

N*Otam eſſe ſubuerſæ coloniæ.* Vitio non aſſignem τὸ *ſubuertendæ* doctiſſimi viri caſtigationem: verum vulgata non deleo niſi cum iam fuerit conclamatum. *ſubuerſæ* pro *ſubuertendæ* vt ἀπωλόμην loco ἀπόλλυμαι. quia ἐναργέστερον αὐτῷ τῇ συντελείᾳ ἐστί.

Demet. Phaler. i Perii. i. pereo. i. quia euidētius eſt propter ipſam perfectionem.

Plaut. Pœn.

Agoroſt. iam hercle tu periſti, niſi illam mibi
tam tranquillam facis
Quam mare eſt olim cum ibi Alcedo pullos
educit ſuos.

Lib. 11. ann.

Noſter de Meſſallina adhuc viua *ſuadebat ne percuſſorem opperiretur, tranſiſſe vita.* Vel malus ille dæmon Simius (pro viribus) prophe-

phetarum,vſurpat eoſdem dicendi modos
Pſ.138.& ibi Gebe brard. i filia Babylonis vaſtata. illi enim כת־בבל השׂרורה de Babylone à Dario Medo,& à Cyro Perſa vaſtanda. ad hanc faciem quoque femina illa ſapiens,verba facit
Reg.2.20. i. ecce caput eius proiectum ad te. cũ Ioab Dauidis duce חבהראשׁו מטלך אליך loquitur de Seba, qui nondum fuerat capite truncatus.

ET *deferentes in tutum præda, & aliorum inſignes petebant*. Poſſumus abſque caſtigationibus hæc interpretari. Barbari Verulanium populantur præſidiis non firmatum,ſpoliiſque depoſitis in loca tutiora, ſe ſe accingunt ad municipia eius generis diripienda læti copia prædæ& clariſſimi Britannorum ob tot felices euentus ſic inter Germanos Friſii poſt cædem Romanorum.
Tacit.li.4.ann. *Clarum inde inter Germanos Friſiorum nomen diſ ſimulãte Tiberio damna,ne cui bellum permitteret*. At poſitiuum pro ſuperlatiuo accipiendum eſt,vt contra fit
Plutarch. in Hom. i. aliquando ſuperlatiuum pro ſimplici vt illud, iuſtiſſimus centaurorum. πότε δὲ τὸ ὑπερθετικὸν ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς τὸ δικαιότατος κενταύρων Sane Plautus id vſurpauit vice comparatiui.

Moſtell. *Tran. . . . . . ſpeculo claras clarorem merum.*

Vel *inſignes aliorum* pro *inſignes aliis*. nempe gloria famaque fuſæ legionis, totq; ſucceſ-

ſuum

ſuum. *Phiſconem & Sardanapalum tacendum qui niſi inſignes libidinum alias reges nemo noſſet.* quæ Tertulliana mutuaui a doctiſſimo viro. Ad vltimum adtexere libet τὸ μεγαλοπρεπὲς hic à Tacito neglectum non fuiſſe *ſpoliant* deinde *petebant*. Exemplo Thucidides ſit, qui dicto ἐλειποψύχησέ τε *Non addit* καὶ ἔπεσεν *Sed* καὶ πεσόντος αὐτοῦ *quod (ait Demetrius)* πολὺ μεγαλειότερον, ἢ εἴπερ τῆς αὐτῆς πτώσεως ἔφη, ὅτι ἔπεσεν.

Tertull. de Pall.

Lib. 3.
i. animi defectu captus eſt.
i. Et cecidit.
i. eo cadente.
i. multo magnificentius, quam ſi eodẽ caſu dixiſſet quod cecidit.

TAnquam reddituri. A doctiſſimo viro habemus *reddituris*. ſed à vulgatis nõ diuellor: dare enim ſupplicium alicui, eſt pœnas luere.

. . . Et te vltro accuſabis, et ei dabis
Vltro ſupplicium. — Terent. Eunuch.

Interea vſque illi de me ſupplicium dabo. — Id. Heaut.

Quid igitur erit impedimento ne accipiamus *reddituri* dandi ſignificatione? id vel Iuriſconſulti fecere, quibus eſt cordi proprietas verborum. *Hæres meus damnas eſto Lucio Titio Stichum ſeruum meum reddere. Caſcellius ait deberi, neque id Labeo improbat, quia qui reddere iubetur, ſimul et dare iubetur.* quã Plauto quoque præcipue debemus. — DD. de verb. ſignif.

M. emiſtin'. de adoleſcente has ædes? quid taces?

Vbi

Vbi nunc tute habitas, Ca. emi atque argentum.

Dedi minas quadraginta adoleſcenti ipſi in manum.

M. Dediſtin argentum? Ca. factum, neque facti piget.

M. Ædepol fidei adoleſcentem mandatum malæ:

Dediſti ne hoc pacto ei gladium qui ſe occideret?

Quid ſecus eſt, aut quod intereſt, dare te in manus.

Argentum amanti homini adoleſcenti, animi

Impoti qui exædificaret ſuam inchoatam ignauiam?

Ca. Non ego illi argentum redderem? M. non redderes.

Cæterum ex illis verbis *damnas eſto* diſce quam proprie & ſignanter Virgilius locutus ſit

Ecl. 5. . . . . . . *Damnabis tu quoque votis.*

Pag. 115.

I*Ncurioſos, & omni ætate ad bellum verſa.* Caſuum varietas hæc adduxit in macu-

læ ſuſpicionem:ſed quam bene Thucydides dicat. τοῦ τε χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὁ μενό‸των ἡμῶν σύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ καὶ χαλεπὸν ὂν εὔπορον ἔσται μηδενὸς κωλύοντος. Erit autem ſenſus. Britanni laborabant inopia commeatuum, quod erant ſuopte ingenio alieni ab agricultura, & ea tempeſtate omnes arma induerant, vnde ferendi neglectus. *omni ætate ad bellum verſa* Græci dixiſſent πανδημεί. Non temere igitur *incurioſos* Et *omni ætate ad bellum verſa*.

Lib. 3. i. aſperitas autem loci, eſt in rem noſtr. â nam ea nobis reſiſtentibus pro nobis militabit cedẽtib' vero (licet difficilis) facilis erit nemine prohibente. Latine eadem caſuum diuerſitas diſcerni non poteſt: at a ſecundo ad tert.ũ tranſitur.

μενό‸των. ὑποχωρήσασι.

N*Vllum prælio finẽ expectarent.* Non ἀγῶνος *prælio*, verum pro ea pugna, qua *octoginta millia Britannorum cecidiſſe tradunt*. Tot enim occidione ſublatis, quid reſtabat niſi vt cæteri ſe ſuaque Romanis permitterent? quæ res finis prælii bellique penitus fuiſſet, quapropter Iulius Claſſicianus Suetonio diſcors, aduerſus eum ſcribebat: deditionem minime futuram, propter ſæuitiam & ſuperbiam legati: proinde ſi eam deſiderent, Suetonio à ſe eſſe ſuccedendum, qui mollibus conſultis hoſtes alliceret. *diſperſeratque nouum legatum opperiendum eſſe, ſine hoſtili ira, & ſuperbia victoris, clementer deditis conſulturum*. Vel *prælio* vſurpatiue pro *bello*, vt *bellum* pro *prælio*. noſter *quibus tam*

anceps belli fortuna quamuis proſpero fine equites afflictauerat. dicuntur de pugna inter Flauianos,poſtquam bellum inter eos non eſt extinctum.idem Homerus

Iliad. lib 3. i.Veniſti e bello,vtinam illic periiſſes a viro domitus forti.

ἤλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι

ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ.

Helena increpat Alexandrum, quod ſingulari pugna ignauiter cum Menelao certauiſſet.

C*Vius aduerſa prauitati ipſius*. Iniquam conditionem ducum.ab hac iniuſta imputatione Carthaginienſes non abhorruere: at Pericles ab eiuſmodi barbaria remotos voluit Athenienſes:ita enim dicit ad inuidiam declinandã ob morbũ diuinitus immiſsũ immerito ea de re vobis odio ſum.

Thucyd.lib.2. i.niſi etiam quando res inopinato ſuccedunt id mihi acceptum fertis.

εἰ μὴ καὶ ὅταν παρὰ λόγον εὖ πράξητε, ἐμοὶ ἀναθήσετε

felicitatis vos me authorẽ veſtræ non facitis, qui itaq; mihi mala veſtra imputare libet?

Pag. 116.

S*Enatuſque in quo ipſo*. Optima, verum ſic diſtincta. *Concurſu plebis qua tot innoxios protegebat, vſque ad ſeditionem ventum eſt: ſenatuſque (in quo ipſo erant ſtudia nimiam ſeueritatem*

ritatem aſpernãtium) pluribus nihil mutandum cenſentibus. priora de ſeditione plebis, poſteriora de diſcordia patrum. alterum per hæc. *ſed obtemperari non poterat conglobata multitudine, ſaxa ac faces minitante.* alterum his clarum fit. *Sententiæ Caſsij vt nemo vnus contraire auſus eſt, ita diſſonæ voces reſpondebant, numerum aut ætatem, aut ſexum, aut plurimorũ indubiam innocentiam miſerantium.*

Pag. 117.

TVM primum reuocata ea lex credebatur (quæ haud perinde exitium Antiſtio quam Imperatori gloriam quæſiuit) vt condemnatus à ſenatu, interceſsione tribunicia morti eximeretur. Nero admiſit delationem Coſſutiani, non vt Antiſtium peruerteret, ſed vt damnatum ſua interceſſione liberaret, indeque ſibi clementię gloriam conciliaret, *quæ* ſcilicet reuocatio maieſtatis ob carmen famoſum *quæſiuit.* ſed id fruſtra cecidit, prævaluit enim ſententia Thraſeę; qua exilium, non mors irrogabatur. *interceſsione tribunicia.* Nimirũ Neronis, qui eo modo tribunus, quo Auguſtus. *Et ad tuendam plebem tribunicio iure contentum.* Nec falſus eſt animi Coſſutianus, qui coniecit ea reuocatione Neronem Tacit. li. 1 ann.

clementiæ decus affectaſſe. *Cæterum ſe qui ſeueritatem decernentium impediturus fuerit.* Poſtremum quid nos vrget vt cum ingenioſiſſimo Mercero legamus. *qua* Et faciamus Capitonem gnarum huius Neronianę calliditatis? an is vbique (vt in nequitiis) apertus

Salluſt. Catil.

Tum primum reuocata ea lex credebatur, qua vt, *ſed antea item coniurauere pauci contra rempublicam, in quibus Catilina fuit, de qua, quam veriſſime potero dicam.*

non

Suet. ca. 29.

AT *qui infamiam ſecutus.* Nero amabat eos qui flagitia Venerea diſſimulabant: eaque de cauſſa iis cætera ſcelera plerunque miſſa fecit. *ex nonnullis comperi perſuaſiſſimum habuiſſe eum, neminem hominem pudicum, aut vlla corporis parte purum eſſe: verum pleroſque diſſimulare vitium, & calliditate obtegere: ideoque profeſſis apud ſe obſcœnitatē cætera quoque conceſſiſſe delicta.* Tigellinus itaque apertę, & perditiſſimę luxuriæ vir, ea de re præfectura donatus eſt.

Pag. 117.

Lib. 1.
i. vt etiam figura quæ interiectio vocatur.

PRO *cognatis moribus.* Multum defero μεταξυλογίᾳ & Hermogenes ſuadet. καὶ τῷ σχήματι χρῆσθαι τῷ κατ᾽ ἐπεμβολήν. Scribo igitur. *Sofonium*

Tigel-

Tigellinum, veterem impudicitiam, atque infamiam in eo ſecutus, ac quæ illi (pro cognatis moribus) fuere. Hæc *pro cognatis moribus*, id eſt propter ſimiles mores, ad impudicitiam referenda ſunt, & ad alia vitia Tigellini, vt cauſſa pręcipua, qua ei Nero ſic indulſerit: ambo enim crudeles & impudici: de Nerone tonſoribus notum eſt. Tigellinum hic habes impudicum, crudelem alibi: *crudelitatē mox, deinde auaritiam, & virilia ſcelera exercuit*, Dixi *pro cognatis moribus*. dictum vice, propter ſimiles mores, affirmo. Tacit. lib. 1 hiſt.

Pyth. Ego pol te pro iſtis dictis & factis ſcelus vlciſcar. Terent. Eunuch.

In culpa autem Cornelius non eſt ſi nonnunquam metaphoras vſurpat. αὗται γὰρ μάλιστα καὶ ἡδονὴν συμβάλλονται τοῖς λόγοις, καὶ μέγεθος. nec nimis remota metaphora is vſus eſt: quando Germani ſic appellati ſunt propter morum ſimilitudinem cum Gallis. διὸ δικαίως μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα

Demetr. i. ipſæ enim orationem in primis impertiunt magnificentia, & voluptate.

Strab lib. 6. i. qua de re merito mihi uidentur hoc nomine à Romanis nuncupati.

N*Iſi forte aut te Vitellio*. Senecæ verba fuerunt. *Sed vterque menſuram impleuimus, & tu quantum princeps tribuere amico poſſet, & ego quantum amicus à principe acci*

pere

pere. Quæ Nero ſtudens impugnare, his innititur: tu (quæ tua modeſtia) dicis me tibi ea donaſſe, quæ princeps in amicũ conferre valuit; ego vero conſcius mihi ſum, id à vero procul eſſe, quia nonnullos libertinorum te video multo ditiores: ſed quod à me nondũ factum eſt, fiet vtique, nec in longum ducetur. an fulgore magiſtratuum te putas Vitellium anteire? erras ſi id credis Seneca: ille enim iã tertium conſul: an me Claudio beneficẽtiorẽ? At is maiora contulit in amicum. Proinde verũ non eſt, vtroſque nos menſurã impleuiſſe, nam Claudius plura donauit, & plura Vitellius accepit. De Vitellii potentia ſub Claudio imperatore, Suetonius hæc.

In Vitell. *Mox cum Claudio principe duos inſuper ordinarios conſulatus, cenſuramque geßit: curam quoque imperij ſuſtinuit abſente eo.* In his multus fui, quod obſcura viſa ſunt doctiſſimo viro.

Pag. 119.

HIS (haudquaquam Nero pœnitentia flagitij) coniugem Octauiam reuocauit. Aldus & Puteloanus ita diſtinxere, quod potius eſt emendationibus e regio codice deductis. mens eſt: Nero abhorrens ab Octauia,

uia,& perditus amore Poppææ, ea inſtigante vxorem amolitur, & in Campaniam pellit: poſtea reuocat, non quod facti pœniteret (erant enim etiamdum integræ cauſſę expulſionis) ſed populum verens cui talia non probabantur. *inde crebri queſtus, nec occulti, per vulgus cui minor ſapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula.* Non ergo ſua ſponte reuocauit, ſed timore populi, nam ſi vltro, ſententiam mutaſſet, quod exigit τὸ *pœnitentia flagitij*. Gellius *pœnitere tum dicere ſolemus, cum quod ipſi facimus, aut quæ de noſtra voluntate noſtroq; conſilio facta ſunt, ea nobis poſt incipiunt diſplicere, ſententiamque in ijs demutamus.* Lib. 17. ca. 1.

D*Eoſque tandem venerantur*. Valla negat *tandem* ornatus cauſſa apud veteres inueniri: idque aduerſus authoritatem Quintiliani: Ego litem meam non facio: Doctiſſimus vir ei fauet dum in notis ad annales ait ſe neſcire quò *tandem* pertineat: mihi vero pertinere videtur ad intentum populi deſiderium, vt Octauia reuocaretur; cuius tandem compotes diis gratias egerunt.

Repe-

ne nunc defraudatus ſpe concepta, Octauiæ profecto maritum dabit, vnde tibi exitium manifeſtum. Vera nobile ſcortum dicebat: nam (vt miſſum faciamus quid ſequatur ſi quis ſtudiis populi ducat filiam imperatoris) non credebatur ciuilia ſapere, cui coniunx eſſet de Cęſarum domo: quamobrem Tiberius nuptum minime locat Agrippinam, quę ſecundas nuptias poſtulabat. *Sed Cæſar non ignarus quantum ex republica peteretur, ne tamen offenſionis, aut metus manifeſtus foret ſine reſponſo quanquam inſtantem reliquit*. Idem per eadem implacabilis erat Aſinio Gallo. *Non ideo iram eius leniuit, pridem inuiſus tanquam ducta in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberij vxor fuerat; pluſquam ciuilia agitaret*. Quæ nec fefellere præpotentes Claudii libertos *nec enim occultum quod poſt tale matrimonium ſuperaſſet*. Quid Corneli? mors Claudii, & rerum mutatio.

Tacit. lib. 4. ann.

Id. lib. 1. ann.

Id. lib. 11.

MOri iubetur cum iam viduam, & tantum ſororem teſtaretur, communeque Germanici, & poſtremo Agrippinæ nomen cieret, qua incolumi infelix quidem matrimonium ſed ſine exitio pertuliſſet. Octauia nuntio mor-

tis accepto, vt aliquà ſe ſe illinc redimeret, ait, ſe ſpem matrimonii cum Nerone penitus abieciſſe, nec vnquam poſtea vxoris, ſed ſolum ſororis nomen vſurpaturam: hæc iaciebat, ſed apud ſurdas aures: inde in deſperationem verſa, Germanicum inuocabat: ſolent enim miſeri inter extrema deiecti eos deſiderare, per quos (ſi viuerent) certa ſpes euadendi.

Senec. in Troad. *Seruire græco pateris Andromachen iugo*

crudelis Hector.

Nec finem in Germanici nomine faciebat, ſed Agrippinam quoque appellabat. viueres vtinam ò Germanice columen familiæ noſtræ, vel tu ſaltem ò Agrippina, qua viua ſi non omnino felix fui, mihi tamen exitium non imminebat. Plus igitur (vt vides) ſibi pollicetur de Germanico, quam, de Agrippina, ille vndique pius, hæc nouerca: nec amens Octauia. Tacit. lib. 13. ann. *Quæ quamuis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnes affectus abſcondere didicerat*, Vt fictę Agrippinæ caritati fidem adhiberet. *At matris ira nulla munificentia leniri, ſed amplecti Octauiam,*

cre-

crebra cum amicis ſecreta habere. Cęterum hinc exiſtimet lector non de nihilo doctiſſimum virum alioſque ad caſtigationes confugiſſe: nimium vtique tacet Tacitus noſter.

HOC *conquerentium.* Scilicet. *irritũ laborem, potuiſſe bellum fuga Parthorum finiri.* Corbulo ſe ita compoſuerat, vt Pęto inſultare non videretur. *Non eam ſpeciem inſignium, & armorum prætulit, ne diuerſitatem exprobraret*: Et Pœtus inter aduerſa dedicerat æmulatus. *miſſis iterum ad Corbulonem precibus, veniret propere ſigna, & aquilas, et nomen reliquum infelicis exercitus tueretur.* Quapropter (aliis miſſis) ambo lamentantur iniuriã fortunę, quod temporius eò non potuerit perueniri, certiſſimaque victoria defraudati ſint: addit Pętus vt res ceciderint, eſſe in eorũ manu omnia integra, ſi coniunctis legionibus Armeniam aggrederentur. Ea Corbulo non probat, eiuſmodi mandata prætexens ab imperatore non habuiſſe. Hæc mallem quam tot emendationes. Verum non nihil me ſollicitat *reſpondebat.* Quid ſi vſurpatiue pro *loqui* vt Plautus?

Mercat. Dem. *Dicit capram quam dederam ſeruandam ſibi*
Suæ vxoris dotem ambediſſe, oppido mihi illud
Videri mirum, vt vna illæc capra
Vxoris Simiæ dotem ambederit.

In

Inſtare factum ſimia, atque hoc denique reſpondet,
Ni properem illam ab ſe ſe abducere ad me domum,
Intro ad vxorem ducturum meam.

Et forſan hebrçorum exemplo, qui verbo ענה credunt vtrunque ſignificatum: vnde in nouum teſtamentum habemus. καὶ ὁ ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη. Nec mirum tibi videatur, ſi gentes imitati ſunt hebræos. Homerus enim non aliunde doctus eſt, cum facit nuncios iis ipſis verbis agere, quibus ad aliquem legantur. Is etiam inde ſumpſit.

Marc.ca. 12. i. & videns Ieſus quod cordate reſpondiſſet.

Num.ca.11.

. . . . εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

i. Dixit ad ſuum magnanimum cor.

Prçceſſerat enim ſacer ille Moſes ויאמר אל-לבו יהוה quid Herodotus? δράκοντες δ' ἦσαν ἐν τῷ καυκάσῳ μέγεθος μέγεθος. Iudæos æmulatur, quibus frequēs verba duplicare ad aliquid augendum. *Nun quid Sion dicetur homo, & homo natus in ea?* Et *multiplicauit in filia Sion dolorem, & dolorem*. Ad vltimum noſter *eiuſdem animæ eſt Poppæam diuam non credere* illi *quando anima obtulerit.*

i. Et dixit Dominus ad cor ſuum. apud Demetr. Phaler. i. Dracones autem erant in Caucaſo, magnitudo, magnitudo. Pſalm. lxxxvii. Lamentat. Lib. 16. ann. Leuitic. 2.

SEcuritatem annonæ ſuſtentaret. Iniicit ſcrupulum doctiſſimus vir, dum dicit, Nero

pere. Quæ Nero ſtudens impugnare, his inni titur: tu (quæ tua modeſtia) dicis me tibi ea donaſſe, quæ princeps in amicũ conferre va luit; ego vero conſcius mihi ſum, id à vero procul eſſe, quia nonnullos libertinorum te video multo ditiores: ſed quod à me nondũ factum eſt, fiet vtique, nec in longum ducetur. an fulgore magiſtratuum te putas Vitel lium anteire? erras ſi id credis Seneca: ille enim iã tertium conſul: an me Claudio bene ficẽtiorẽ? At is maiora contulit in amicum. Proinde verũ non eſt, vtroſque nos menſurã impleuiſſe, nam Claudius plura donauit, & plura Vitellius accepit. De Vitellii potentia ſub Claudio imperatore, Suetonius hæc.

In Vitell. *Mox cum Claudio principe duos inſuper ordinarios conſulatus, cenſuramque geſſit: curam quoque imperij ſuſtinuit abſente eo.* In his multus fui, quod obſcura viſa ſunt doctiſſimo viro.

Pag. 119.

HIS (*haudquaquam Nero pœnitentia flagitij*) *coniugem Octauiam reuocauit.* Aldus & Puteloanus ita diſtinxere, quod po tius eſt emendationibus e regio codice deductis. mens eſt: Nero abhorrens ab Octa-

uia,

uia,& perditus amore Poppææ, ea inſtigante vxorem amolitur, & in Campaniam pellit: poſtea reuocat, non quod facti pœniteret (erant enim etiamdum integræ cauſſę expulſionis) ſed populum verens cui talia non probabantur. *inde crebri queſtus, nec occulti, per vulgus cui minor ſapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula.* Non ergo ſua ſponte reuocauit, ſed timore populi, nam ſi vltro, ſententiam mutaſſet, quod exigit τὸ *pœnitentia flagitij*. Gellius *pœnitere tum dicere ſolemus, cum quod ipſi facimus, aut quæ de noſtra voluntate noſtroq; conſilio facta ſunt, ea nobis poſt incipiunt diſplicere, ſententiamque in ijs demutamus.* Lib.17.ca.1.

D*Eoſque tandem venerantur*. Valla negat *tandem* ornatus cauſſa apud veteres inueniri: idque aduerſus authoritatem Quintiliani: Ego litem meam non facio: Doctiſſimus vir ei fauet dum in notis ad annales ait ſe neſcire quò *tandem* pertineat: mihi vero pertinere videtur ad intentum populi deſiderium, vt Octauia reuocaretur; cuius tandem compotes diis gratias egerunt.

Repe-

ne nunc defraudatus ſpe concepta, Octauiæ profecto maritum dabit, vnde tibi exitium manifeſtum. Vera nobile ſcortum dicebat: nam (vt miſſum faciamus quid ſequatur ſi quis ſtudiis populi ducat filiam imperatoris) non credebatur ciuilia ſapere, cui coniunx eſſet de Cęſarum domo: quamobrem Tiberius nuptum minime locat Agrippinam, quę ſecundas nuptias poſtulabat. *Sed Cæſar non ignarus quantum ex republica peteretur, ne tamen offenſionis, aut metus manifeſtus foret ſine reſponſo quanquam inſtantem reliquit.* Idem per eadem implacabilis erat Aſinio Gallo. *Non ideo iram eius leniuit, pridem inuiſus tanquam ducta in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberij vxor fuerat; pluſquam ciuilia agitaret.* Quæ nec fefellere præpotentes Claudii libertos *nec enim occultum quod poſt tale matrimonium ſuperaſſet.* Quid Corneli? mors Claudii, & rerum mutatio.

Tacit. lib. 4. ann.

Id. lib. 1. ann.

Id. lib. 11.

MOri iubetur cum iam viduam, & tantum ſororem teſtaretur, communeque Germanici, & poſtremo Agrippinæ nomen cieret, qua incolumi infelix quidem matrimonium ſed ſine exitio pertuliſſet. Octauia nuntio mor-

tis accepto, vt aliquà ſe ſe illinc redimeret, ait, ſe ſpem matrimonii cum Nerone penitus abiecíſſe, nec vnquam poſtea vxoris, ſed ſolum ſororis nomen vſurpaturam: hæc iaciebat, ſed apud ſurdas aures: inde in deſperationem verſa, Germanicum inuocabat: ſolent enim miſeri inter extrema deiecti eos deſiderare, per quos (ſi viuerent) certa ſpes euadendi.

Senec. in Troad.

Seruire græco pateris Andromachen iugo

crudelis Hector.

Nec finem in Germanici nomine faciebat, ſed Agrippinam quoque appellabat. viueres vtinam ò Germanice columen familiæ noſtræ, vel tu ſaltem ò Agrippina, qua viua ſi non omnino felix fui, mihi tamen exitium non imminebat. Plus igitur (vt vides) ſibi pollicetur de Germanico, quam, de Agrippina, ille vndique pius, hæc nouerca: nec amens Octauia.

Tacit. lib. 13. ann.

Quæ quamuis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnes affectus abſcondere didicerat, Vt fictę Agrippinæ caritati fidem adhiberet. *At matris ira nulla munificentia leniri, ſed amplecti Octauiam,*

cre-

crebra cum amicis ſecreta habere. Cęterum hinc exiſtimet lector non de nihilo doctiſſimum virum alioſque ad caſtigationes confugiſſe: nimium vtique tacet Tacitus noſter.

A D LIBRVM ANN. DECIMVM QVINTVM.

Pag. 123.

S*E niſi victoribus immitem eſſe*. Milites, qui ducem Corbulonem cum Pæto mutauerant, falſis nominibus vtebantur: Corbulo ſęuus dicebatur, quia veram militiam reuocabat: Pœtus, mitis, quod legiones *promiſcuis militum commeatibus infirmauerat*. Hæc omnia Corbulo nunc vlçiſcitur. redite (ait amara irriſione) ad veſtrum clementiſſimum ducem: quid rei vobis eſt cum me ſęuo, qui ſolis victoribus

æquus,

ęquus, victos angue peius ſemper odi?

A*Dieciſſe deos dignum Arſacidarum.* Morbis deſperatis quale quale reme diũ nõ dedecet adhibere, illudq; inde mihi petam, vnde toties ſuggeſtum eſt: ſcilicet à Parentheſi: *Sed opperiendos ſibi fratres Pacorum, & Tiridatem reſcripſit, illum locum tempuſque conſilio deſtinatum, quid de Armenia cernerent (adieciſſe deos dignum Arſacidarum) ſimul & de Romanis legionibus ſtatuerent.* Fratres (inquit) expecto. etenim inter nos iam conuenit, vt hic omnes de rebus Armenię decernamus, (cuius poſſeſſionem dii vt rem dignam Arſacidarum, iis tradiderunt) ſimulque ſtatuamus de legionibus Romanis. Subobſcure quidem hoc in loco Vologeſes apertius alibi. *Se priora, & toties iactata ſuper obtinenda Armenia nunc omittere, quoniã dij quamuis potentium populorum arbitri poſſeſſionem Parthis non ſine ignominia Romana tradidiſſent.* τὸ *adijcere* ſiue *addere*. pro *dare*.

Quam inique comparatum eſt, ij qui minus habent Terent. Eunuch.
Vt ſemper aliquid addant diuitioribus.

Hoc

HOC *conquerentium.* Scilicet. *irritũ laborem, potuiſſe bellum fuga Parthorum finiri.* Corbulo ſe ita compoſuerat, vt Pęto inſultare non videretur. *Non eam ſpeciem inſignium, & armorum prætulit, ne diuerſitatem exprobraret*: Et Pœtus inter aduerſa dedicerat æmulatus. *miſſis iterum ad Corbulonem precibus, veniret propere. ſigna, & aquilas, et nomen reliquum infelicis exercitus tueretur.* Quapropter (aliis miſſis) ambo lamentantur iniuriã fortunę, quod temporius eò non potuerit perueniri, certiſſimaque victoria defraudati ſint: addit Pętus vt res ceciderint, eſſe in eorũ manu omnia integra, ſi coniunctis legionibus Armeniam aggrederentur. Ea Corbulo non probat, eiuſmodi mandata prætexens ab imperatore non habuiſſe. Hæc mallem quam tot emendationes. Verum non nihil me ſollicitat *reſpondebat.* Quid ſi vſurpatiue pro *loqui* vt Plautus?

Mercat. Dem. *Dicit capram quam dederam ſeruandam ſibi*
Suæ vxoris dotem ambediſſe, oppido mihi illud
Videri mirum, vt vna illæc capra
Vxoris Simiæ dotem ambederit.

In

Inſtare factum ſimia, atque hoc denique reſpondet,
Ni properem illam ab ſe ſe abducere ad me domum,
Intro ad vxorem ducturum meam.

Et forſan hebrçorum exemplo, qui verbo ענה credunt vtrunque ſignificatum: vnde in nouum teſtamentum habemus. καὶ ὁ ἰησοῦς Marc.ca. 12. ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη. Nec mirum tibi videatur, ſi gentes imitati ſunt hebræos. Homerus enim non aliunde doctus eſt, cum facit nuncios iis ipſis verbis agere, quibus ad aliquem legantur. Is etiam inde ſumpſit.

i.& videns Ieſus quod cordate reſpondiſſet.

Num.ca.11.

. . . . . εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

i.Dixit ad ſuum magnanimum cor.

Prçceſſerat enim ſacer ille Moſes ויאמר אל-לבו יהוה quid Herodotus? δράκοντες δ' ἦσαν ἐν τῷ καυκάσῳ μέγεθος μέγεθος. Iudæos æmulatur, quibus frequẽs verba duplicare ad aliquid augendum. *Nunquid Sion dicetur homo, & homo natus in ea?* Et *multiplicauit in filia Sion dolorem, & dolorem*. Ad vltimum noſter *eiuſdem animæ eſt Poppæam diuam non credere* illi *quando anima obtulerit.*

i.Et dixit Dominus ad cor ſuum. apud Demetr. Phaler.

i.Dracones autem erant in Caucaſo, magnitudo, magnitudo.

Pſalm. lxxxvii.

Lamentat.

Lib. 16. ann.

Leuitic. 2.

SEcuritatem annonæ ſuſtentaret. Iniicit ſcrupulum doctiſſimus vir, dum dicit, Nero

roiacto in Tiberim frumento minuit potius, quam ſuſtentat annonæ ſecuritatem: ſed id eiuſmodi non fuit, vt opprimeret in articulo ipſo. Populus tali iactu coniicit habere imperatorem, vnde largius aleret ciuitatem: quis enim alias abiiceret eam frumenti vim, quamuis corruptam? hinc ortũ
Front. lib. 3. ſtratag. ca. 15. eſt Romanorum ſtratagema. *Romani cum à Gallis capitolium obſideretur in extrema iam fame panem in hoſtẽ iactauerunt, conſecuti vt abundare commeatibus viderentur.* hinc obſidentium uota morantur obſeſſi *vulgo in eos*
Cæſ. lib. 3. *iaciebant vt ſpem eorum minuerent.*

Pag. 126.

E*Rgo Vologeſes neque atrox in ſummam.* Doctiſſimus vir ſtellula nobis oſtendit defectum ſiue corruptionem loci: quid
i. temere ſi atrox ab à priuatiue & τρεῖν

Plaut Capt. *Tynd. . . . . . Niſi reperio atrocem mihi aliquam aſtutiam.*

Vologeſes amplectitur conſilium Corbulonis ut fidum, & quia timens præuidebat (niſi a bello deſiſteretur) non de Armenia tantum certamen fore cum Romanis, ſed de ſumma ſuarum rerum, quod ſemper cauerat. *Vologeſi vetus & infixum erat arma Romana*

mana vitandi. *in ſummam* eodem ſignificatu. *Sed Corſicam prope afflixit Decimi Pacarij procuratoris temeritas, tanta belli mole nihil in ſummam profutura.* Tacit.lib.2.hiſt.

Pag. 117.

F*Eſſa ætate aut rudis pueritiæ ætas*. Quam aperte ſenes deſignaſſet ſi ſic dixiſſet *feſſa annis, aut rudis pueritiæ ætas.* Idem autem ſunt *ætas feſſa ætate* Et *ætas feſſa annis*. Scilicet ſeniores.

At tribus exactis vbi quarta acceſſerit ætas, Virg.lib.3.Georg.
Carpere mox gyrum incipiat.

Fit igitur mentio de feminis, de ſenibus, & de pueris, quippe qui infirmiores ſint. Vel recenſentur feminæ ſeniores tantum *feminarum feßa ætate* Et pueri; ſequiturque Homerum noſter, qui ſenes etiam prætermiſit.

. . . . αἴ κ' ἐλεήσῃ
ἄστυ τε, καὶ Τρώων ἀλόχους, καὶ νήπια τέκνα

i. ſi forte miſereatur ciuitatis & coniugum Troianorũ & infantium puerorũ

Ad vltimum *ætas* tã breui repetita interuallo caſtigationes allicere non debuit: nam de ſuo loco ſimilia non deceſſere,

Contra ſi quis aciem Macedonum intueretur, diſpar acies erat. Qu.Curt.lib.3.

AA Neque

Neque hæc.

Plaut. Trinumm. . . . . . *Sta. nam ego talentum mutuum*
Quod dederam talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.

Suet. Auguſt. c. 28. Multo minus huiuſmodi. *Dubium euentu meliore, an voluntate, quam voluntatem.*

Pag. 128.

QVÆ *domus ſupererant.* Sic interpretari poſſunt. Nero vſus ruinis decem regionum, excitauit immanem illam domum, de cuius ſpatio Suetonius hæc. *Veſtibulum eius fuit in quo coloſſus C X X. pedum ſtaret, tanta laxitas, vt porticus triplices milliarias haberet: item ſtagnum maris inſtar circumſeptum ædificijs ad Vrbium ſpeciem:* Et verſus.

Neron. ca. 31.

Roma domus fiet Veios migrate Quirites.
Si non & Veios occupat iſta domus.

Quidquid itaque ruinarum ſuperfuit tam laxę domus ędificationi, Nero ad normam & dimenſionem nouis domibus expleuit.

Pag.

Pag. 130.

N*Eque ſenatui quid manere*. Epicharis iſta quo Proculum facilius in partes traheret, ait, ſenatum quoque aduerſus Neronem conſpiraſſe, omnibuſque iam prouidiſſe, quæ ad eandem rem conducere viderentur, *immo prouiſum quonam modo pœnas verſæ Reipublicæ daret*. Sit igitur *manere* idem quod *reſtare* ad eam faciem, *ſed quamuis capite defectionis ablato, manebat pleriſque conſcientia* qua Catullus. Tacit.li. 1. hiſt.

Scelesta tene, quæ, tibi manet vita

qua Virgilius Lib. 10.

Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet. ve

Et qua tandem Curtius. *Iter qua manet nauigijs, in tenuem alueum cogitur*. Lib. 4.

N*E à libertate moueretur*. Piſo ex ingenii acritate, merito ſuſpectabat Veſtinum eſſe libertatis amatorem: quem etiam eadem de cauſſa Nero ipſe metuebat. *Hic ignauiam principis penitus cognitam de-*

ſpicit, ille ferociam amici metuit: nam homines præfracti ſpiritus, libertatis non raro ſtudioſi depræhenduntur. Quamobrem ille damnatur, quod ferociam *Aſinij Pollionis aui retineret,* qui vel in ſcriptis fouerat libertatem. *Aſinij Pollionis ſcripta egregiam eorundem.* Scilicet Bruti & Caſſii, *memoriam tradunt.* Cęterum Veſtinus haud minus, quam Silanus, deterruit Piſonem, ne in ſua villa principem trucidaret: is enim Nerone ſublato inter ſacra menſæ, vel populum (vt amator patrię) in libertatem vindicaſſet, vel alium imperatorem Piſonis odio dediſſet: quæ omnia ſacris hoſpitii violatis conſuli facilia fuiſſent. *Promte daturis operam, qui à coniuratione integri eſſent, quique miſerarentur Neronem tanquam per ſcelus interfectum.* quod memoraui de odio Piſonis, hinc patet. *Vel delecto imperatore alio ſui muneris rempublicam faceret.* additis, *ſed coniurati conſilia cum Veſtino non miſcuerant, quidem vetuſtis in eum ſimultatibus.*

Tacit. lib. 4. ann.

Pag. 131.

I*N tantis tormentis.* Leuiter maculata ſunt: lege. *intentis*. Et hoc ſenſu ſenatores, & equi-

equites,viſis modo tormentis animis cecide re:cum libertina iis propemodum laniata, nil interea mutiret.iuuant hęc de iiſdem viris dicta. *et tormentorum aſpectum ac minas non tulere.* Nec non ſequentia *tradere vexillum intento mortis metu ſubegerunt.* Lib.1. ann.

(:)

AD

A D LIBRVM ANN. DECIMVM SEXTVM.

Pag. 136.

AC *vt memoria tantum infenſi nominis.* Nero ſcribens ad ſenatum, iis tacite occurrit, quæ Caſſio apud eum gratiam parare potuiſſent: ſcilicet illum nõ amore libertatis, eiuſmodi tentare, ſed odio ſui tantum. Et vt ſciatis (inquit) Caſſium in mei ſolum perniciem, illius Caſſii ſe agnatũ facere, en ad imperium vocat, & ſollicitat Silanum.

ET *ſenatus ius expectabatur*. Inter tot emendationes ſatius erit vulgatis adhęrere. Claudius *neminem exulum niſi ex ſenatus authoritate reſtituit*. Quod Nero qui alias dixerat. *Teneret antiqua munia ſenatus, ſe mandatis exercitibus conſulturum*, in Caſſio æmulatur: imbellis enim (licet olim dux) habebatur *ea tēpeſtate Caſſius cæteros praeminebat peritia legum: nam militares artes per ociū ignota, induſtrioſque ac ignauos pax in æquo tenet*, & oculis tum captus erat. *Caſſio Longino iuriſconſulto, ac luminibus orbato, quod in vetere gentili ſtemmate C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet*. At non expectatur reſtitutio Silani, quippe qui Neronis erat præcipuus timor. Suet. c. 12. Tacit. lib. 13. ann. Id. lib. 12. ann. Suet. Nero. c. 37.

Pag. 137.

S*Ine arbitrio*. Id eſt arbitro, vt iudicium pro iudice *iudicium dabo* ait prętor: & facile animum induco hæc vera eſſe; quod legitur apud noſtrum *ſuperbiam* vice *ſuperbam*. Sed ſi eadem poſtulas in eodem verbo de Cęſare pete. *Conſtituit vt arbitri darentur: per eos fierent æſtimationes poſſeſſionum, & re-* Lib. DD. Lib. 4. ann. Lib. 3.

rum

QVam ne oderim. Doctiſſimus vir *oderint*. Quo autem ſenſu, dicit Curtius Pichena vir ingenii per quam amœni. Haud aſſentio, quia ſic Tacitus exigeret à lectore, ſi non defenſionem tam ſegniter pereuntium, at ſaltem ne ea de cauſſa eos odio proſequeretur: quod ſanè aliquantum friget. Tu *oderim*. ne hinc expelle, defenſionemque, & odium ad Tacitum refer: qui & alibi deprecatur tædium lectoris. *Pleraque eorum quæ retuli, quæque referam, parua forſitan, & leuia memoratu videri non neſcius ſum, ſed nemo, &c. non tamen ſine vſu fuerit introſpicere illa primo aſpectu leuia, ex quibus magnarum ſæpe rerum motus oriuntur*. Scio (noſter ait) tot ſegnibus eorum moribus enarratis, me ſenio lectori fuiſſe: verum non me alia defenſione volo impertiri, quam me talia ſcripſiſſe, ne alias viderer eos viros odiſſe, quod nihil auſi ſint aduerſus imperatorem, & eadem ab iis exegiſſe, quæ ſocer à Plauto poſtulauit. *Effugeret ſegnem mortem, ocium, ſuffugium, & magni nominis miſerationem: reperturum bonos, conſociaturum audaces:* Tacit.lib.14.ann. Suſpicio non parui momenti; à qua liberari ſub quouis principe inprimis decebat.

BB Secre-

S*Ecretum ocium dare*. Notant eos, qui nihil tentantes, venas in balineis ſoluebant, vel intra domeſticos parietes ſe ipſos transfigebant. *Effugeret ſegnem mortem, ocium*. Contendunt itaque vt prodeat in publicum,& laudem gloriamque dictis magnanimis aſciſcat, vel ea ſaltem de cauſſa. *Diſtingui certe apud poſteros memoriam honeſti exitus ab ignauia per ſilentium pereuntium*. Cęterum per doctiſſimum virum iam *ocium* exulabat.

Tacit. dict. loco.

S*Upereſſe qui forſitan manus ictusque per immanitatem Auguſti: etiam bonos metu ſequi*. ἡ ἀποσιώπησις. ſiue reticentia, grauiter dicenti ſatis apta eſt. nam. Ποιήσει δεινότερον τὸν λόγον.

Demetr: i. grauiorem faciet orationem.

Quos ego; ſed motos praſtat componere fluctus.

Qui Thraſeam deterrere ſtudebant à ſenatus ingreſſu, contumeliis id faciebant, quæ illum grauiſſimę manerent: eos vero Tacitus inducit verba ſupprimentes, quia πᾶν τὸ ὑπονοούμενον φοβερώτερον. Vel pro ſe quiſque obſcurant futura ludibria, quæ viri caritate ferè nequeunt continere, idque Thraſcæ venerationi, dant (*oſtendit* (loquitur de reticentia)

Demetr. i. quidquid ſuſpicamur horribilius eſt.

tia *) affectus iræ, vel ſollicitudinis, & quaſi religionis*. Siletur autem *intendant*. Præter Eprium, & Coſſutianum (dicebant amici) conuicia, & (quod nefas dictu) verbera à malis & à bonis expecta: ab illis, ſtudent enim ſolum ſæuitia inire gratiam à Nerone. *Supereſſe qui manus ictuſque per immanitatem Auguſti*: ab his vrgente metu ne deſpexiſſe principis iniurias viderentur. *etiam bonos metu ſequi*. Quint. lib. 9. ca. 2.

Quam timeo victus ne pœnas exigat Aiax Iuuen. Satyr. 10.
Vt male defenſus, curramus præcipites, &
Dum iacet in ripa calcemus Cæſaris hoſtem.

E *Longinquis prouincijs aduениri*. Quis faciat ſano medicinam? ſenatores ęgre iam tulerant, ſenatum patuiſſe prioribus Galliæ comatæ, eaque de cauſſa Nero dicit per Quæſtorem: iniuria principibus ſuccenſetis, quod Gallos aſciuerint in ſenatores: talia enim facere coacti ſunt, quia multi ſenatoria munera detrectant: quorũ nunc ſignifer Thraſea, qui cum ſuo grege curiam frequentare dedignatur. Tacit lib. 12. ann.

ET *celebritate periculorum*. τὸ *celebris* ac τὸ *frequens* idem valent, licet Vallę a-

Tacit. liter viſum ſit. *quo obſequio florentem Soranum celebrauerat, labentem non deſeruit.*

AE *Quitate deùm, erga bona malaque documenta.* Si ſic diſtinguas, clara, & integra ſunt. *Idem tamen dies, & honeſtũ tulit exemplum Caßij Aſclepiodori (qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, quo obſequio florentem Soranum celebrauerat, labentem non deſeruit, exutuſque omnibus bonis & in exilium actus) æquitate Deum erga bona malaque documenta.* Eodem die (Tacitus ait) habuimus egregii, & peſſimi facinoris documentum: nam Pub. Egnatius Celer; teſtimonio perculit amicum Baream Soranum: quem aperte Caſſius fouit, officiiſque meruit iram Neronis. De Egnatio.

Iuuen. Satyr. 3. *Stoicus occidit Baream, delator amicum,*
Diſcipulumque ſenex.

Lib. 4 hiſt. Eadem noſter. *Quippe Sorani ſancta memoria: Celer profeßus ſapientiam, dein teſtis in Baream, proditor, corruptorque amicitiæ cuius ſe magiſtrum ferebat.*

AD

A D
PRIMVM LIBR.
HISTOR.

Pag. 145.

M*IHI Galba, Otho, Vitellius.* Eadē ferè Criſpus, vt ſibi fides haberetur. *Statuires geſtas populi Romani carptim (vt quæq; memoria digna videbatur) perſcribere: eò magis quod mihi à ſpe, metu, partibus Reipublicæ animus liber erat.* Catil. in Proœm.

P*Erdomita Britannia, & ſtatim miſſa cohorte in Rhoxolanos Sarmatarum ac Sueuorum gentes.* Hęc in integrū reſtitui poſſunt vel minima caſtigatione & ſtatim amiſ

ſæ

ſę cohortes. Agit Cornelius de proſperis, deque aduerſis, quę Romanis euenere intra Galbam, & Domitianum. *Proſpera in Oriente, aduerſa in Occidente, perdomita Britannia, et ſtatim amiſſa cohortes in Rhoxolanos.* Rhoxolani ea ſtrage irritati, qua ſeſe Mœſiam populantes M. Apronius profligauerat, denuò ſub Domitiano rebellarunt: ad quos reprimendos legio mittitur, quæ cum legato ad internecionem cęſa eſt. *Expeditiones partim ſponte ſuſcepit, partim neceſſariò: ſpontè in Cattos, neceſſario, vnam in Sarmatas legione cum legato ſimul cæſa.* Nec noſter aduerſatur. *Tot exercitus in Mœſia, Daciaque & Germania Pannoniaq; , temeritate aut per ignauiam ducũ amiſſi: tot militares viri cum tot cohortibus expugnati, & capti.* Sed cur non ibi mentio Sarmatarum? recenſetur prouincia, in quam ii ſe effundere ſoliti ſunt. *Eò audentius Rhoxolani Sarmatica gens priore hyeme cæſis duabus cohortibus magna ſpe ad Mœſiam irruperant.* Indeque Hadrianus, *Audito tumultu Sarmatarum, & Alanorum, præmiſſis exercitibus Mœſiam petijt.* Hęc autem Romanorum cędes, accidit poſtquam Britanni ab Agricola domiti ſunt. *& ea inſecuta ſunt Reipublicæ tempora, quæ ſileri Agricolam non ſinerent: tot exercitus*

Suet. in Domit. c. 6.

In Agricol.

Aelius Spar. in Adrian.

Tacit. in Agricol.

ercitus in Mœſia Daciaque & Germania. At *τὸ ſtatim* impedimento non eſt. *Erepto per ve nenum patre, et ſtatim poſtea fratre*. Britanni- Id lib. 14. ann.
cus enim anno poſt veneficio ſublatus eſt. Si hæc mea minus placent, ſua quiſque proferat: quę ego non potui, alius aſſequi nequeat? Doctiſſimus vir his manus admouit. *Perdomita Britannia, & ſtatim amiſſa coorta Sarmatarum ac Sueuorum gentes*. at is mendacem Tacitum facit, & hiſtoriæ fidem con uellit: nam Cornelius ſibi terminos hiſtoriæ finiuit. *Mihi Galba, Otho, Vitellius nec beneficio, nec iniuria cogniti: dignitatem noſtram à Veſpaſiano inchoatam, à Tito auctam, à Domitiano longius prouectam nõ abnuerim*. Quo pacto igitur ſibi conſtaret ſi ei verba hic eſſent de Britanniæ amiſſione, quæ viuo Domitiano non accidit? hiſtoria verò (quod ſciam) nihil de ea revſque ad Hadrianum: nec tunc (ſi non ignauè rem examines) ibi aliquid amiſſum: etenim Britannia non omnis à Romanis prouincia facta fuit nec vltimo illo Agricolæ prælio. *Tradiderat interim Agricola ſuc-* Id. in Agricol.
ceſſori ſuo prouinciam quietam tutamque. à quibus? à reliquis nimirũ Britannis, qui ea perterriti occidione, ſatis habebant ſi à Romanis non laceſſerẽtur: nec prius rebellare ſunt

auſi

auſi,quam vndique gentes conſpirarent ad uerſus Hadrianum. *Nam deficientibus his nationibus,quæ Traianus ſubegerat, Mauri laceſſebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri ſub Romana ditione non poterant.* Et is muro ſolum diuiſit prouinciales à Barbaris Britannis. *Murumque per octoginta millia paſſuum primus duxit qui Barbaros Romanoſque diuideret.*

AEl.Spart.in Hadr.

Pag. 142.

NON eſſe curæ dijs ſecuritatem noſtram. Per hæc Tacitus vt ἀθεὸς prorſus damnandus non eſt quid ſi aliò reſpexit? calamitatibus homines admonentur quantillum ſint.

Euripid. Troad. i. Neque te filia aduerſitates modeſtã reddiderunt.

. . . . οὐδέ σ' αἱ τύχαι τέκνον
ἐσωφρονίκασιν.

Contra rebus affluentibus nil humani ſapiunt.

Pind. Olym. i At magnam felicitatem concoquere non potuit, ſatietateque immenſam calamitatem ſubiuit.

. . . . . . ἀλλὰ γὰρ κατα
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυ
νάσθη, κόρῳ δ' ἕλεν
ἄταν ὑπέροπλον.

Gell lib. 2. c. 18.

Nec (vt ait ille) omnes diis inuiſi ſunt, *Qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur.*

tur: Sed eſſe arcanas cauſſas, ad quas paucorũ potuit peruenire curioſitas.

δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
καὶ πενίην ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

i. Seruus Epictetus eram, & corpore mutilus, & paupertate Irus, & carus immortalibus.

Hæc ad amuſſim ethnicorum, quibus conſona ſunt veræ religionis monumenta: narrat enim ſacer ille Moſes, Iudęos ſecuros idola ſemper coluiſſe, caſtigatos verò in viam rediiſſe.

Deuteronom. c. 32. i. & incraſſatus eſt Iſraelulus & recalcitrauit.

וישמן ישרון ויבעט

Pſalm. 77. Hebræ. 78.

Et ſi occidebat eos, & quærebant eum.

VT non modo caſus, euentuſque rerum, qui plerunque fortuiti ſunt. Eſt ſcriptoris hiſtoriarum cauſſas rationeſque rerum expromere. *Nobis non modò ſatis eſſe video quod factum eſt id pronuntiare, ſed etiam quo conſilio, quaque ratione geſta eſſent demonſtrare.* Vbi verò incidit in fortuita quid ei reliquum quã ea exſequi ſola veritate? Hortatur itaque Tacitus lectorem ad cauſſas inueſtigandas non omnium, ſed eorum quæ fortuita non ſunt. qua de re negationem non amplectar, quam hic inſeruit doctiſſ. vir. Cęterum non abſurde (ni falſus animi ſum) quæram, quid annales diſtent ab hiſtoria.

Aſellio apud Gellium lib. 5. ca. 18.

Aſellionis opinio vera mihi videtur, ſi annales pro illis ſcriptis accipiantur, quę ſtrictim & ieiune quæque ciuitas ſibi componit. Vndeque homines hiſtorias poſtea deſcribunt.

Id. dict. loco.

Annales libri tantummodo quod factum, quoque anno geſtum ſit id demonſtrabant. nobis non modo ſatis eſſe video, &c. At qui locum hæc ſibi vendicabant in annalibus Liuii & Cornelii? ii certe multi & frequentes in reddendis cauſſis, & rationibus rerum. Igitur cautius quis (meo iudicio) dixerit idem eſſe annales eiuſmodi cum hiſtoria, pręterquam quod hi diſtinctione annorum concepti ſunt.

I d. dict. loco.

Sed nos audire ſoliti ſumus, annales omnino id eſſe quod hiſtoria ſint, &c. ita hiſtorias quidem eſſe aiunt rerum geſtarum vel expoſitionem, vel demonſtrationem, vel quo alio nomine id dicendum: annales verò eſſe cum res geſtæ plurium annorum obſeruato cuiuſque anni ordine deinceps componuntur. Dixi cautius, quod qui ad alia reſpexere lapſi ſint. Ecce nunc nuper celeberrimi nominis vir ita de iis egit, vt per eum Liuius non ſit in hiſtoricis, neque inter annalium ſcriptores, Tacitumque dicit, ἱστορῆσαι. ſcripſiſſe. adſit ſibi Liuius.

Lib. 3, Decad. 5.

Cæterum & mihi vetuſtas res ſcribenti, neſcio quo pacto antiquus ſit animus, & quædam religio

gio tenet, quæ illi prudentiſſimi publicè ſuſcipienda cenſuerint, ea pro dignis habere quæ in meos annales referam. noſter præter hæc. *Sed nemo annales noſtros cum ſcriptura eorum contenderit.* Lib.4. ann. Apertè oſtendit ἐφημερίδα ſiue diaria ſuis annalibus haud conuenire. *Nerone ſecundã L. Piſone coß. pauca memoriæ digna euenere, niſi cui libeat laudandis fundamentis, & trabibus, quis molem Amphitheatri apud campũ Martis Cæſar extruxerat volumina implere: cum ex dignitate populi Romani repertum ſit, res illuſtres annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare.* Lib.11. ann. Cæterum impoſuit eloquentiſſimo viro titulus codicis Veneti *actionum diurnalium*: verum cui credendum Tacito an ſcribæ? ſed quonam in loco Tacitus (vt is ait) ſuas ἐφημερίδας contendit cum annalibus, eaſque pręillis habet pro deſpectis? non certè hic: *Nerone ſecundum. L. Piſone coſſ. pauca memoria digna, &c.* Sciendum eſt etiam, dialogiſtam de quo nobis verba ſunt, diſparaſſe ſcriptores, qui plurium nationum plures actiones ſcribunt, ab iis quibus vna vnius gentis contexitur: poſteriorum lucubrationes hiſtorias ~~rum~~ dicit, priorum, ſermones: exempli gratia, Herodotus ei ſermonum, Thucydides hiſtorię ſcriptor eſt. de hoc cum eo mihi

conuenit, at non facilè conceſſerim hiſtorias Herodoti ſermones appellari: nam ſi ex inſcriptione (vt ipſe vult) rem metimur, nil habet quo ſe muniat.

i. Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ i. Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriarum libri nouem inſcripti muſæ.
Euſtath.
i. Libro ſeptimo.

ἡροδότου τοῦ ἁλικαρνασσέως ἱστορίαι vel ἡροδότου τοῦ ἁλικαρνασσέως ἱστορίων λόγοι. θ. ἐπιγραφόμενοι μοῦσαι. Etenim λόγος ibi nil aliud ſignificat, quam librũ, vt κατὰ τὸν ἕβδομον λόγον nec ei prodeſt quod Thucydides, omnes ante ſe dixerit λογογράφους non λογοποιούς, quia vtrunque

Demetr. Triclin. Scholiaſt. Sophoc.

nomen eſt hiſtoricis commune, & vtroque diſcernũtur à poetis. nec ille aliouorſum ea

i. per illecebram audiendi.
Scholiaſt. Euripidis in v° οὔτε ὦ σ
i. occultè carpit Herodotum.

dixit, quam vt ſuggillaret ſcriptores, qui fabulas hiſtoriis inſerebant. ὅτι τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει. inprimiſq; Herodotũ, αἰνίττεται τὸν ἡρόδοτον. Sed quid vſus velitatione? audi eundem de

i. Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ explicatio hæc eſt.

ſuis ſcriptis. ἡροδότου ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε Poſtremum ne quid diſſimulem, eſt alibi Herodoto mentio λόγων ἀσσυρίων Et λόγων λιβυκῶν Sed eo ſi-

Liu. li. 9. decad. 3.

gnificatu, quo apud latinos dicitur. *Clodius Licinius in libro tertio rerum Romanarũ.* quod ab Hebræis haud dubiè profectum eſt.

Hieron. in Prolog galeat.
i. Verba ſiue res dierum.

דברי הימים *Quod ſignificantius chronicon totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare.*

Lib. 15. ann.

MVlti ad hoc & innumeri. Aſtrictus quidem noſter eſt, & continens verborum, ſed aliquando perfluit. *Ergo Epicharis*

ris plura, & omnia ſcelera principis orditur. nonne ſatis erat *omnia?* at hęc *multi adhoc & innumeri* conueniunt cum iis.

Πολλοὶ, ἀπερίσιοι, — Hom. Il. 19. Odyſſ. i. multi infiniti.

Ad quæ Euſtathius. τὸ δὲ ἀπερίσιοι διασάφησις ἐστὶ, καὶ ἐπίτασις τοῦ πολλοί. — i. illud autem infiniti declaratio & extenſio eſt multi.

Pag. 144.

M*Ore diui Auguſti, & exemplo militari.* τὸ *mos* Et τὸ *exemplum* Eadem ferè poſſunt.

Piſt. Multi more iſto atque exemplo inuunt quos cum cenſeas. — Plaut. Bacchid.
Tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis.

Cæſar. *Vbi ea dies quam conſtituerat cum legatis venit, & legati ad eum reuerterunt, negat ſe more, & exemplo populi Romani poſſe iter vlli per prouinciam dare.* Sint hæc igitur per me ſine traiectione. — Lib. 1. Gall.

M*Aiore prætextu.* Id eſt quo legatio ad milites ornatior; ſeu maioris foret dignitatis, placebat vnà cum miſſis à ſenatu ire etiam Piſonem. *Jlli authoritatem ſenatus, hic dignationem Cæſaris laturus.* non enim *prætextus* ſemper pro obtentu. *& plurimorũ ac* — Valer. lib. 4.

maxi-

maximorum operum prætextu titulum imaginũ ſuarum amplificauit. At cur non ipſe Galba legiones adiuit? Tiberium ęmulatur. *immotũ aduerſus eos ſermones fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque ſe remque publicam in caſum dare,* pręſertim *cui maior è longinquo reuerentia, ſimul adoleſcentibus excuſatum quadam ad patrem reijcere.* Doctiſſ. autem vir hæc habet ſuſpecta mendę.

Tacit. lib. 1. ann.

Pag. 146.

PRoculo ſpeculatori. Benè doctiſſ. uir, quaſi ſpeculatores inde dicti, quia degant in ſpecula ne princeps inſidiis obnoxius fiat En Suetonius applaudit. *Sunt qui putent conſiſum eum nouiſſimo illo ſenatusconſulto, ac iure iurando, etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladijs inſpectantium ſe remouiſſe.* Hinc Itali appoſitè cuſtodes dicunt *guardie.*

In Cæſ. lxxxvi.

ET *Veturium Optionem eodem perductos.* Præiuit eximiis viris Plutarchus. ὧν δὲ τού τοις οὐετούριος καὶ βάρβιος ὁ μὲν ὀπτίων. At *eodem* pace doctiſſimi viri non erat in *eorundem* mutandum: nam Onomaſtus eos in vnum locum ſeduxit, ingentibuſque promiſſis in futurum ſcelus accendit.

In Galb. i. Inter hos Veturius & Barbius, ille quidem Optio.

Pag.

Pag. 148.

E*T Egij, & alij.* Placet *Elij* verum *et alij* non aſſignem incuriæ tranſcriptoris: nam plerique Neroni (vltra dictos) dites & præpotentes liberti: inter quos (ni fallor) Sporus, & Doryphorus: an iis minus indulſiſſet perditiſſimæ luxuriæ vir, quibus (dictu nefas) maritus & coniux fuit? *Et quum affatim deſæuiſſet conficeretur à Doryphoro liberto, cui etiãſicut ipſi Sporus ita ipſe denupſit.* Anicetus ſcilicet ei tot flagitiorum conſcius, minus rapuit, qui claſſi apud Miſenum præfectus, quiq; tandem in Sardinia: *Non inops exilium tolerauit, et fato obijt.* Suet. in Neron. cap. 28. Tacit. lib. 4. ann.

Pag. 149.

C*Enturio is prætoriæ cohortis.* Is fauore Piſonis centurio prætoriæ cohortis, & inter Galbæ cuſtodes, cuique imperator beneficiis cognitus non erat. *Sempronius enim centurio qui nullo priuatim beneficio à Galba eſſet affectus.* Cæterum noſtro aduerſatur (ait eruditiſſ. vir) Plutarchus & Dio, qui dicant hunc Denſum tuliſſe auxilium Galbæ: facile conciliari poſſunt. Piſo tunc lecticæ Galbæ adhærebat. *Egreſſum interim Galbam, et foro* Plutarh. in Galb. ex verſion. Grynei.

appro-

appropinquantes aſſecutus erat. Pugnabat pro ſua eiuſque ſalute: at Denſus hoſtibus ſe ſe obiiciendo tam Galbam quam Piſonem protegebat, quod nec Plutarchus inficiatur, apud quem Piſo vulneratus illinc aufugit, & oppetit alibi mortem. *Vulneratus enim adoleſcens fugiebat, eumque Marcus quidam inſecutus iugulauit iuxta ſacellum Veſtæ.* Vnde ei effugium à Denſo. *Quanquam vulnerato Piſoni effugium dedit.*

TRadito principibus more. Iam dixi caſum pro caſu magnificentiam decere, ſimillimoque exemplo rem firmaui.

Plaut. Trinumm.

Meg. Is homo exornetur graphicè in peregrinum modum,
Ignota facies, quæ non vſitata ſit,
Falſidicum confidentem.

Quapropter hic emendationes non inducã: quæ enim clarior gnome ſi ſic eſſet prolata? *interfici iuſsit tradito principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum vltionem.* Et ſine ſchema *vltio*. id eſt vltio quam manere ſcimus auſos cædem principis, munimentũ eſt dominantis. nam inter eius coniuratos is facile nomen non dabit, qui ſciat ſucceſſorem

rem

rem facinus omnimodè vindicaturum. *Nec illos Capitolij aſpectus, & imminentium templorum religio, & priores, & futuri principes terruerunt quo minus facerent ſcelus, cuius vltor eſt quiſquis ſucceßit*. Alluſit ad hunc morem Darius moribundus. *Vltionem ſceleris erga ſe perpetrati non ſolum ſua, ſed exempli omniumque regum cauſſa non negligere, illi cum decorum, tum vtile futurum*.

Tacit. lib. 3. hiſt.

Iuſtin. lib. 11.

Pag. 151.

IT *A comitatem bonitatemque*. Hoc itidẽ factũ fuit in ſeditionibus Græcorũ. καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει. Τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής. Eadem ferè Romanus Thucydides. *Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus, quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo vocatur*.

Thucyd. lib. 3. i. Et ſolitam nominum ſignificationẽ pro libidine mutauerant audacia enim inconſiderata fortitudo amicorũ ſtudioſa dicebatur cunctatio verò prouida, timiditas ſpecioſo prætextu.

Salluſt. Catil.

MOX *conſenſu*. Sanè quod prima facie videantur digna diſtinctione, hæc ritè diſtincta ſunt. *Quarta legio promtius, duodeuiceſima cunctanter. Mox conſenſu, ac ne reuerentiam*. Nec aliquid eruditiſſimo viro debent, vnde habemus. *Quarta legio promtius duodeuiceſima cunctanter, mox conſenſu, ac ne*

reuerentiam. Non eadē alacritate legio duodeuiceſima afflixit imagines Galbæ, qua id quartanis factū eſt: At ii omnes poſtea *conſenſu* id eſt, ne æmulatione principis loci in diſcordias traherētur, & ne viderentur à Romanis deſciuiſſe, iurant in nomē S. P. Q. R. ſimilis æmulatio viſa fuit in conſternatione Pannonicarum legionum. *Poſtremò eò furoris venere, vt tres legiones miſcere in vnam agitauerint, depulſi æmulatione, quia ſuæquiſque legioni eum honorem quærebant, aliò vertunt, atque vnà tres aquilas, & ſigna cohortium locant.*

Tacit. lib. 1. ann.

PArum ſimulatione. Otho ficta vinctione Celſum iræ militum ſubduxit. *Ita ſimulatione ira vinciri iuſſum, & maiores pœnas daturum affirmans præſenti exitio ſubtraxit.* Quid Vitellius? octo erant quorū pœnas milites poſtulabant. Pompeius, Burdo, Ciuilis, Criſpinus, Nonius, Donatius, Romilius Calpurnius: ex quibus Burdonem duntaxat eximit prætextu vinculorum, Ciuilem metu Batauorum miſſum fecit, cęteros verè morte affecit. Hinc dictum *ſæpius approbat* Et *parum fruſtratur* Cum haud ægre potuiſſet ſex reliquos eripere per ſimulationem. *Et apud*

Tacit.

ſæuien-

ſæuientes occidere palam, ignoſcere nonniſi fallendo licebat.

Pag. 152.

VBI *factô magis, quam conſulto opus eſt.* Non parum ciuile intereſt aliis bellis. *Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi res magis militaris procederet: nam & prius quam incipias conſulto, & vbi conſulueris maturè facto opus eſt.* Salluſt. Catil.

Pag. 153.

NON *quidem in bello*. Tacitus hęc ait in inuidiam diſcordiæ ciuilis, qua etiam vbi pax eſt, belli mores vſurpantur: Galliæ enim erant pacatæ, tantumque cunctantes & deliberantes quem ſequerentur. *Inſtare miles, arma poſcere dum Galliæ trepident.* Et *Fabius Valens allicere, vel ſi abnuerent vaſtare Gallias*. Admonitę demum ſtrage Diuoduri facta, cunctationem exuerunt, Vitelliique partes amplectuntur. *Gallis cunctatio exemta, et in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio et metus.* Verum eo terrore ciuitates adeò perculſæ ſunt, vt facie ſupplicum occurrerent exercitui venienti,

quaſi ferro igniqueis omnia vaſtaturus eſſet.Supplices itaque procedunt Vitellianis, non eò quod aduerſus eos bellauerint, ſed quò paci cautum vellent, qua tunc fruebantur, quamque bello ciuili infirmam eſſe nō ignorabant.At quę nam illa ſunt quæ ab iis *tendebantur*? dicat noſter.*Cum haud ignari diſcriminis ſui Viennenſes velamenta, et inſulas præferentes*.Euripides.

Supplic.
i. Ramiſque ſupplicibus.
circumdant me vt vides.
In Plut.
i. ἱκετηρία eſt ramus oleæ lana circumplexus.

. . . . ἱκεσίοις δὲ σὺν κλάδοις
φρουροῦσι μ' ὡς δέδορκας ἐν κύκλῳ

Scholiaſtes Ariſtophanis.ἱκετηρία ἐστὶ κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ περιπλεγμένος Liuiuſque.*ramos oleæ ac velamenta alia ſupplicum porrigentes, orare vt reciperent ſe* Et *velata nauis inſulis, & ramis oleæ occurrit ex portu Carthaginis*.

COhortes XVIII *Lugduni ſolitis ſibi hybernis*. Tendebat Lugduni legio Italica, & ala Taurina: *Et Iunius Blæſus Lugdunenſis Galliæ rector cum Italica legione, & ala Taurina Lugduni tendentibus*. adde ſi placet· *Et ad legionem Italicam eaſque quæ Lugduni agebant copias ſpecie ſenatus miſit*.Verum doctiſſ. vir potius ducit. *cohortem decimamoctauam* Et *ibi tendentibus* abiecto *Lugduni*: quod vna tantum cohors pręſidium Lugduni agitaret

ret. *quorum Andecauos Acilius Auiola legatus excita cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat coercuit.* Quodque e re non fuiſſet tot cohortes relinquere in ſocia ciuitate, maxime dũ anxie milites vndique contrahuntur. Prioribus obuiam ſic iri poteſt. Sub Tiberio minus ſuſpecta fuere Gallorum ingenia, quæ poſt motum Vindicis Romanos vſque ſollicitabant. Poſterioribus hęc ſatis erunt. abducitur legionis robur, & ala Taurina, relinquuntur *inania belli* nempe cohortes auxiliorum. *reddita ciuitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, & prima ſtatim defectione inter inania belli aſſumtus.* Tacit. lib. 3. ann. Id. lib. 2. hiſt.

Pag. 154.

IN *alpe Graia*. Miror quì hęc emendatio venire potuerit in mentem doctiſſ. viro *cum ala Taurina.* Hęc enim ala Lugduno abducta, & comes Valenti, qui Italiam diuerſo itinere petebat. *Fabius Valens allicere, vel ſi abnuerent vaſtare Gallias, & Cotianis alpibus Italiam irrumpere, Cæcina propiore tranſitu Peninis iugis digredi iuſſus.* Et *ſed legio Italica, & ala Taurina abducta, cohortes XVIII. Lugduni ſolitis ſibi hybernis relinqui placuit.* Interpretemur itaque vulgata. Cæci-

na

na dum Peninum verſus tendit, tranſpadanas ciuitates audit Vitellii partes induiſſe: ideo metuens ne tot oppida vnius alæ Syllanę defenſioni malè relinquerentur, pręmittit auxiliares, qui Penino deſcenderent in Tranſpadanam regionem, ibique cum Syllanianis fortunã partiũ ſuſtentarent: ipſe vero petit alpes Graias, vt inde in Noricum deflecteret aduerſus Petroniũ procuratorẽ: ſed cum eas iam teneret, & re melius animaduerſa præmiſſis copiis timeret, iter conuertit, & milites (vt iuſſus erat) per Peninum ducit. τὸ *alpe Graia* ἐνικῶς vt *pars monte Graio traducuntur*. At *Germanorum vexillis* ſcilicet equitum *&* *equitum vexilla cum legione prima* maxime quod Germani equo libenter merebant. pręterea ala dicitur de equitibus ſociorum, & vexilla propriè equites deſignabant. Quapropter iure ſcriptum eſt *alaſque*. Cęterum noſter ſolita ſibi breuitate non exprimit aditionem alpium Graiarum, vt alibi ſiluit petitionem proconſulatus. *eoque etiam Aſiæ ſorte depellendum*. Nempe M. Lepidum.

Tacit. lib. 4. hiſt.

Idem lib. 2. hiſt.

Id. de morib. Germ

Iuſt. lipſ. li. 2. dialog. 6. de milit Rom.

Id. dialog. 8.

Lib. 3. ann.

V*Rbis procuratorem*. Caſtigationes vulgatis de via decedant. Vrbs κυρίως quę

muris

muris cingitur. *Vrbis appellatio muris finitur*. l. 2. DD. de verb ſignif.
ciuitas pro gente. *deliberatur de Auarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi: procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam propè totius Galliæ Vrbem, quæ & præſidio & ornamento ſit ciuitati ſuis manibus ſuccendere cogerentur.* Cæſar. li. 7. Gallic Sic Qu. Sanga in cuius tutela Allobroges, dicitur patronus Salluſt. Catil. ciuitatis. *Tandem vicit fortuna Reipublicæ, itaque Qu. Fabio Sangæ cuius patrocinio plurimum ciuitas vtebatur.* Cęſar aſtipulatur. *apud* Lib. 1. Gall. *Heluetios longè nobiliſsimus, & ditiſsimus fuit Orgentorix, is M. Meſſala & P. Piſone coſſ. regni cupiditate inductus, cõiurationẽ nobilitatis fecit, & ciuitati perſuaſit.* nec diſſentit Velleius. Lib. 1. *eam regionem armis occupauit, quæ nunc ab eius nomine Theſſalia appellatur, ante Myrmidonum ciuitas vocitata.* quibus noſter conſonat. Lib. 3. hiſt. *principes Sarmatarum Iazigum penes quos ciuitatis regimen, in commilitium aſciti.* At ii ſæpe vtranque Iſtri ripam incoluere. μεθ' οὓς οἱ Ἰάζυγες σαρμάται &c. τούτους φασὶ καὶ παρὰ τὸν ἴστρον οἰκεῖν ἐφ' ἑκάτερα πολλάκις. Strab lib. 7. Et mirum eſt, niſi Norici arripuere conſiliũ, quod Ionibus Thales olim dedit χρηστὴ δὲ καὶ πρὶν ἢ διαφθαρῆναι ἰωνίην, θάλεω ἀνδρὸς μιλησίου ἐγένετο, Herodot. Clio. ἀνέκαθεν γένος ἐόντος φοίνικος, ὃς ἐκέλευσε ἐν βουλευτήριον ἴωνας ἐκτᾶσθαι i. Vtilis autem ante Ioniæ deſtructionẽ τὸ δὲ εἶναι ἐν τέῳ (τέων γὰρ μέσον εἶναι ἰωνίης, τὰς δὲ πόλεας οἰκεομένας, Thaletis ſententia fuit, viri Mileſij,

μηδὲν

phoenitia oriundi; qui iuſſit Ionas vnã curiã ſtatuere, eamque in Teo (locus eſt in media Ionia) cęteras vero habitatas vrbes, eodem loco haberi quo tribus. Thucyd. lib. 1.

μηδὲν ἧσσον νομίζεσθαι, κατάπερ εἰ δῆμοι εἶεν. At Cornelio *vrbs* abuſiue vſurpatur pro ciuitate, nec ſine exemplo, Græci enim vtrunque ſignificatum nomime πόλεως amplectuntur.

i. Epidamnum eſt vrbs.

i. ciuitate antiquo græcorũ more vicatim habitata.

Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις. Alibi πόλεως κατὰ κώμας τῷ παλαιῷ τῆς ἑλλάδος τρόπῳ οἰκουμένης. Dicamus igitur *procuratorem vrbis* id eſt totius Norici, quę gens per procuratores adminiſtrabatur. *Duæ Mauretaniæ, Rhetia, Noricum, Thracia, & quæ aliæ procuratoribus cohibentur.* Vel *procuratorem vrbis* non Cæſaris, Nero enim ſic patres affatus eſt. *conſulum tribunalibus Italia, & publicæ prouinciæ aſſiſterent, ſe mandatis exercitibus conſulturum.*

Tacit.

Id lib. 13. ann.

NEC *Otho quaſi ignoſceret, ſed ne hoſtis metum reconciliationis adhiberet*, Acutè ſcripta, ſed non corrupta, vt opinatus eſt doctiſſ. vir, qui ea ſic interpolauit. *Nec Otho quaſi ignoſceret, ſed nec hoſtis metu reconciliationi ſe adhiberet.* Ludos Cornelius facit, & aperit fictam Othonis clementiam, de qua ſuperius. *clementiæ titulus e viro claro & partibus inuiſo petebatur*. Aitque Celſum inter amicos Othonis non clementia ſtatim receptum, ſed metu ne is Vitellii nomine in dies inualeſcente, crederet tunc id factum, non

non quod ex animo ſibi ignoſceretur, ſed partium timore, Et hoc pacto nullas Othoni gratias haberet. Placet attamen (nec inficior) acumen ſententię doctiſſ. viri, nempe. Cui magna crimina miſſa fiunt, is ignoſcenti nunquam æquus eſt: quod à Q. Curtio ſcriptum quoque legimus. *Vtinam in principio quoque huius rei nobiſcum deliberaſſes, ſuaſiſſemus ſi Philotæ velles ignoſcere, paterere potius ignorare eum quantũ deberet tibi, quam vſque ad mortis metum adductum cogeres de periculo ſuo, quam de tuo beneficio cogitare &c.* Et. *quædam beneficia odimus, meruiſſe mortem confiteri pudet. Supereſt vt malint videri accepiſſe iniuriam, quam vitam.* Lib. 6.

C*Elebrata in vulgus Celſi laus.* Ita vulgata nec malè: nam Celſus laudatus eſt propter magnanimũ reſponsũ: *Celſus fassus, conſtanter ſeruatæ erga Galbam fidei crimẽ confessus exemplũ vltrò imputauit:* de quo Plutarchus. τοῦ δὲ Κέλσου μήτ' ἀγεννῶς, μήτ' ἀναισθήτως, ἀλλὰ φήσαντος, αὐτοῦ τὸν τρόπον διδόναι τὸ ἔγκλημα πίστιν, ἐκλελύσθαι γὰρ ὅτι γάλβᾳ βέβαιον ἑαυτὸν παρέσχεν, ᾧ χάριν οὐδεμίαν ὤφειλεν· ἠγάσθησαν οἱ παρόντες ἀμφοτέρων, καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπῄνεσε.

In Othon. 1. Celſus autem nõ demiſsè neque ſtupidè, ſed crimen dixit ſui ipſius moris in primis fidem facere: an memoria excidiſſe Galbæ ſe vſque ad extrema fidum præbuiſſe, cui nil gratię tamẽ deberet? vtrunque præſentes admirati ſunt, & miles collaudauit.

V*Nde nulla innocentiæ cura, ſed vices impunitatis.* Coniiciat alius, alius caſti-

get,me iuuat ſolitum obtinere.τι᾽ *Vnde*,id eſt *qua de re* ſic alibi Cornelius.*Corrupto ad omne facinus Nerone,quædam ignaro auſus,ac poſtremò eiuſdem deſertor, ac proditor vnde non aliũ pertinacius ad pœnam flagitauere.*Quia(inquit noſter ex facto Tigellini ſententiam concinnans generalem) peſſimus quiſque gratia priuata ſibi cauet aduerſus odium publicũ, clarum eſt ei innocentiam cordi non eſſe, ſed vices tantum impunitatis. Quod ſi nimis abrupta videntur, leuiter ſic emenda: *Vnde nulla innocentia cura,ſed vices impunitatis* τι᾽ *nulla* pro *non* vt illud *nullus feceris*.

Pag. 155.

L*Ingonibus vniuerſis ciuitatem Romanam.* Quæritur adhuc doctiſſ.viro gens iſta inter Hiſpanos,nec perſuaderi potis eſt, hic agi de Lingonibus Gallis, qui Vitellio addictiſſimi in paucis erant. *proxima Lingonum ciuitas erat fida partibus*. Ego de Lingonibus Galliç dictum puto,qui armis,equis,opibus Vitellium iuuere, quique Germanicas legiones ad arma impulere: quid enim monſtri ſimile ſi præcipuos hoſtium largitione tentat?nonne & Hiſpania iam ad Vitellium deſciuerat? *Idem ex Hiſpania allatum,laudatuſque*

Tacit.

Idem.

que per edictum Cluuius Rufus, et ſtatim cognitum eſt conuerſam ad Vitellium Hiſpaniam. Nihilominus Otho permittit Hiſpalenſibus & Emeritenſibus familiarum adiectiones: quinimò his non contentus, iiſdem artibus aggreditur ipſas Germanicas legiones. *proximos menſes Virginio deſtinat, vt aliquod exercitui Germanico delinimentum.* nec mirum, nam etiamdum priuatus huic rei nimis ſtudebat. *Adeò animoſus corruptor, vt Cocceio Proculo ſpeculatori de parte finium cum vicino ambigenti, vniuerſum vicini agrum ſua pecunia emtum dono dederit.* Eadem poſteà molitus eſt Primus. *Et partes præſumſere, facta tribunis, et centurionibus retinendi quæ Vitellius indulſerat ſpe, atq; Cæcinam non obſcurè ad tranſitionem hortantibus.* Id. lib. 3. hiſt.

Pag. 156.

IBI ſæuitia, hic miſeria vulnerum abſumti. τα *miſeria* ταλαιπωρία *dolor, cruciatus.*

Dem. . . . . miſeriam omnem e- Terent. Adelph.
go capio, hic potitur gaudia.
Virg. *Fiat, quæ hæ res ſunt? cogita hoc verbum pater:* Plaut. Perſ.
Herus ſi minatus eſt malum ſeruo ſuo,

Tametſi id futurum non eſt, vbi captum eſt flagrum,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miſeria?

Pauci Sarmatarum manus Romanorum euaſerunt, iiſque effugium Paludes ab hoſte, ſed non à vulneribus: quæ nōn fota, non curata, ſed ipſo frigore exacerbata, præſentem perniciem attulerunt, aſſignetur itaque *ſæuitia* militibus Romanis vt agatur de Sarmatis, qui manus cum iis conſeruerunt, quorū maior pars *ibi* id eſt in acie, reliqui *hic* ſcilicet inter paludes extincti ſunt. Cęterum Muretus correxit ad hanc faciem. *ibi ſæuitia hyemis, & vi vulnerum abſumti*: Doctiſſ. vir. *ibi ſæuitiâ hyemis, hic miſeria vulnerū abſumti:*

S*Euerißimū centurionum*. Vide cui potius credas Tacito Romano an Gręco Plutarcho: ille etiam paulopoſt. *Vnus alterue perditus, ac temulentus, centurionis, ac tribuni ſanguine manus imbuet*? hic ἑκατοντάρχας δύο. Ego (quod inter ingenuos dicendum ſit) plus fidei Romanis in re Romana habeo. *ſeuerißimum centurionum*. non proprium nomē, ſed nōta centurionis ſæuitiæ inſignioris: tales enim ſæpe à militibus cædebantur. *Et centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetÿs*

i. Duo centuriones

Tacit. lib. 1 ann.

vocabu-

vocabulum cedo alteram indiderant : quia fracta vite in tergo militis,alteram clara voce , ac rurſus aliam poſcebat .

Pag.157.

A*D obſeruandam honeſtiorum fidē inuitatus* τὸ *inuitatꝰ* . idē eſt quod vocatus. *ad hæc Armenij ambigua fide vtraque arma inuitabant.* Vnde non video quare id verbi ſit eiiciendū . Verū creditur Oſco nauiū cura,vt impedimento ducibus eſſet, qui agerent ſubleſta fide:nec enim ſuperuacua erat eiuſmodi ſuſpicio . *nuſquam fides aut amor, metu ac neceſſitate huc illuc mutabantur* . quā etiam plerique prætorianorum claſſi adiecti ſunt. *addidit claſſi vrbanas cohortes et pleroſque è prætorianis, vires & robur exercitus, atque ipſis ducibus conſilium, & cuſtodes.* Tacit.lib.13.ann.

(:)

AD LIB. SECVNDVM HISTOR.

Pag. 160.

C*ÆTerum olim mixtis conſilijs.* Statim poſt exceſſum Neronis per amicos & filium. *Cæterum hic Syriæ, ille Iudææ præpoſitus vicinis prouinciarum adminiſtrationibus inuidia diſcordes, exitu demum Neronis poſitis odijs in medium conſuluere, primum per amicos, dein præcipua concordiæ fides Titus.* Quid nam Tacite conſuluerunt: vt ſi caſus daretur, imperium aggrederentur? at non prius auſi ſunt conſilia promere: quia deterruit eos nobilitas Galbæ. *ceſſiſti etiam Galbæ ima-*

imaginibus verum poſt eius cædem, cùm imperium à Vitellio & ab Othone fatigaretur, (quos vt multum infra ſe deſpiciebant) incipiunt exſequi deſtinata. *tribuni, centurioneſque & vulgus militum, induſtria, licentia, per virtutes, per voluptates (vt cuique ingenium) aſciſcebantur.* allecti præcipuè ſtudio militum. *Mox vt Othonem, Vitellium ſceleſtis armis res Romanas raptum ire vulgatū eſt, ne penes cæteros imperij premia, penes ipſos tantum ſeruitij neceßitas eſſet, fremere miles, & vires ſuas circūſpicere.* Sed bellū protollunt, vt Othoniani & Vitelliani ſe prius per cędes mutuas debilitarent. *igitur arma in occaſionē diſtulere.* poſtremum caſtigatio *cæteri* ne comparāda quidē eſt ad *cæterum* veterem ſcriptionem.

Pag. 161.

I*Nfirmum aut validum retinebatur: adhæc terrore.* Qui hęc emendāt & diſtinguunt ſui ſaltem conſilii redderent rationem. an melius iſta? *infirmūm aut validum retinebatur adhuc: terrore.* Annius non erat in reis potentioribus, itaque locus ſenatuſconſulto: pręterea Criſpinus dum fratrem vlciſcitur, adeò eloquentia ſua ſibi propria vi, terroreque (ſi ſibi tam prępotenti accuſatori morem

rem non gererent) patres vrſit, vt Annium indefenſum, inauditum damnare ſuſtinerent. Per hęc firmatur interpretatio quam
Lib. 3. ann. dedimus ad illa. *Senatus nunquam ſatis credito ſine fraude Germanicum interijſſe, ſcripſiſſent expoſtulantes.* τὸ *adhac* reſpicit ad illa. *paruæ quoque res magnis motibus agebantur.*

NON illi ſegne, aut corruptum luxu iter: ſed lorica ferrea vſus, & ante ſigna pedeſter, horridus & incomtus, famæque diſsimilis.
Satyr. 3. alius deſcribitur à Iuuenale.

Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen Othonis,
Actoris Arunci ſpolium, quò ſe ille videbat
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus, atque recenti
Hiſtoria: ſpeculum ciuilis ſarcina belli:
Nimirum ſummi ducis eſt occidere Galbam,
Et curare cutem ſummi conſtantia ciuis,
Bebriaci in campo ſpolium affectare palati,
Et preſſum in faciem digitis extendere panem.

Quid

Quid ſi ex priore fama hæc illi affinguntur? à Poeta? noſterque recenſet veritatem? *fama que diſsimilis*. Sed prætereundum non eſt, quam lepidè Satyrographus hemiſtichio Virgiliano captauerit venuſtatem.

Actoris Arunci ſpolium.

Quod Ariſtophani etiam factum, qui ait (Demetrius) σκώπτων πού τὸν Δία ὅτι οὐ κεραυνοῖ πονηρούς, φησὶν ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν βάλλει, καὶ σούνιον ἄκρον ἀθηνᾶν. ſcripſerat enim Homerus.

ἀλλ' ὅτε σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον ἀθηνῶν.

Lib. 12. i. Irridens quodã loco Iouẽ, quod ſceleſtos fulmine non peteret, ait, verum ſuum templum ferit, & Sunium promontorium Athenarum. Odyſſ. lib. 3. i. verum quando ad Suniũ peruenimus ſacrum promontorium Athenarum.

QVibus tentandis aggrediendiſque, prouinciæ Narbonenſi Suedium Clementem, Antonium, Nouellium, Æmilium, Pacenſem duces dederat*. Omnes aditus Galliarum (in quibus alpes maritimæ) armis Vitellii tenebantur. *quando Peninæ Cottiæque alpes, & cæteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur*. At Othoni placuerat ſiſtere in Gallia Cæcinam. *Tranſgreſſo iam alpes Cæcina, quem ſiſti inter Gallias ſperauerat*. Eaque de cauſſa Narbonenſem prouinciam memoratis ducibus claſſe aggredi iuſſit, vt illa recepta aditus alpium maritimarum pateret: nec (ſi bene rem putes) faciliores alpes

maritimis habuiſſet: vtrinque enim petitus Maturus earum procurator iter ocius aperuiſſet: ſed fruſtrà fuit; nam prouinciā Narbonenſem ſuarum partium fecit, is Valentē comiter exceptum, ne Galliam Narbonenſem temere ingrederetur monendo terru it. non itidem alpes maritimas. *Otho luſtrata vrbe, & expenſis belli conſilijs, quādo Penina Cottiaque alpes, & cæteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur, Narbonenſem Galliam aggredi ſtatuit.* Et *blandiebatur cœptis fortuna, poſſeſſa per mare, & naues maiore Italiæ parte, penitus vſque ad initium maritimarū alpium* Adde. *Haud procul inde agebat Marius Maturus alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cuius ſacramentum cunctis circa hoſtilibus non exuerat.*

Lib. 3. Hiſt.

Pag. 162.

QVI prò Othone & accitum Cæcinam clamitabant. Egregio mendacio nonnunquam rès ferè perditæ in integrum reſtituuntur: quamobrem Tullus Albanorum perfidia cognita, dicto *nihil trepidatione opus eſſe ſuo iuſſu circumdare Albanū exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat.* metum à ſuis vertit in Fidenates. ad eundem

Liu. lib. 1.

dem modum Centuriones Tribunique, milites ſedatum eunt, qui temerè in prælium ruebant: opus non eſſe (aiunt) pugna, non feſtinatione: quod Cęcina Vitellii deſertor, iamque Othonianus aduentaret. Hęc ex vulgatis. Doctiſſ. vir. *quin pro Othone & accitum Cæcinam clamitabant.* vt verba militum ſint, certam ſibi victoriam ſpondentium, quod hoſtium dux deſertor partium foret. Mercerus *quin proditione accitum Cæcinam clamitabant.* Pichena *quin proditionem, & accitum Cæcinam clamitabant.* Quaſi milites ſuos duces proditionis inſimulent. Idem Pichena illa verba abiicit *prouidentiam ducis laudantibus.* dicens importune centuriones, & Tribunos prouidentiam ducis apud milites laudare, qui conſternati, & irati Spurinnæ tela intentabant: ſed de eo libenter quæſierim, num hæc. *Sed indomitus miles, & belli ignarus, correptis ſignis vexilliſque, ruere & retinenti duci tela intentare, ſpretis centurionibus tribuniſque prouidentiam ducis laudantibus, qui pro Othone & accitum Cæcinam clamitabant* ita interpretari valeant, vt Spurrinna prius per centuriones & tribunos milites continere ſtudeat, quibus ſpretis ſe ipſum iis opponat vnde ſibi tela intententur.

Pag. 163.

Tacit. li. 3. hiſt. Gell. lib. 9. ca. 1.

L*ibrato magis & certo ictu.* His cōſona ſunt *maiore Flauianorum pernicie, in quos tela deſuper librabantur* diſſentit Quadrigarius. *Sagittarius cum funditore vtrinque ſummo ſtudio ſpargunt fortiſſimè, ſed ſagittam atque lapidem deorſum an ſurſum mittas hoc intereſt; nā neutrum poteſt deorſum verſum rectè mitti, ſed ſurſum vtrunque optimè: quare milites Metelli ſauciabantur multò minus, & quod maxime opus erat, a pinnis hoſtes defendebant.* Verum ille de ſagittis & lapidibus fundis excuſſis, quæ nimio impetu in præceps non rectè feruntur: noſter de pilis, & telis, quę manu iaciuntur.

Virg. lib. 9.

Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure.

Ingerunt deſuper Othoniani pila Et *in quos tela deſuper librabantur.* Quorunq; iactus quamuis deſuper, patitur moderamen. *præter virtutem locus quoque ſuperior adiuuit, vt pila omnia haſtæque non (tanquam ex æquo miſſa) vana vt plerunque fit, caderent: ſed omnia librata ponderibus figerentur.* Non eo tamen inficias, teli nomine ſagittas etiam contineri *telum*

Liui. li. 1. Dec. 7.

Caius l. 233. dd. de verb. ſignific.

vulgo

vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. Et *quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine* τόξευμα *vocatur, apud nos autem communi nomine, & telum appellatur.* Sed non hoc in Cornelii loco vbi diſcriminandi gratia adiecit *librabantur.*

Pag. 164.

D*Extra fronte.* Optima pro loci opornitate copiarum diſpoſitio, quam etiam Primus Antonius æmulatus eſt. *Siſtere tertiam legionem in ipſo viæ Poſtumiæ aggere iubet, cui iuncta à læuo ſeptima Galbiana, agreſti foſſa (ita locus erat) præmunita: dextro octaua per apertum limitem, mox tertiadecima denſis arbuſtis interſepta.* Tacit lib.3.hiſt. frõs autem cornibus etiam aſſignatur. *Ibi tribuni militum non loco ante caſtris capto, non præmunito vallo quo receptus eſſet, non deorum ſaltem, non hominum memores, nec auſpicato, nec litatò, inſtruunt aciẽ deductam in cornua, ne circumueniri multitudine hoſtium poſſent, nec tamen æquari frontes poterant* Liu.lib.6.Dec.1. Qu.Curtius *peditum acies equitatu tegebatur: frons læui cornu hæc erat.* Lib.4. At vir Doctiſſ. ſua diſtinctione. *Aggerem viæ tres prætoriæ cohortes obtinuere dextra.* non bene conſultum Cornelio vult, neque Claudiano, cui

dicitur

dicitur *laua frons*. cuique diſtinguendo nil opis afferri poteſt.

Lib. 2. in Ruffin.

Interea Stilicho iam lætior hoſte propinquo,
Nec multo ſpatij diſtantibus æquore vallis,
Pugnandi cupidas accendit voce cohortes:
Armenis frons laua datur: per cornua Gallos
Dexteriora locat.

Reg. 2. ca. x. i. Facies belli. Qu. Curt. lib. 4.

Non abſimilis metaphora ab Hebræis vſurpatur פני המלחמה. quam puram putam latini quoque arripuere. *Philagrus Balacros regebat in ſocietatem nuper aſcitos, hac dexteri cornu facies erat*. addito ne titubes *peditum acies equitatu tegebatur, frons læui cornu hac erat*.

ALAteribus *cohortes legionum aduerſa fronte* Doctiſſ. vir. *à lateribus cohortes legio aduerſa fronte*. Sed qui melius vndique Vitelliani premi potuerunt? contrà habuere cohortes quæ in aggere *aggerem via tres prætoria cohortes arctis ordinibus obtinuere*. a tergo Celſum cum equitibus. *& ſubito diſcurſu*

terga

terga cinxerant equites. A lateribus cohortes legionum,quæ ſtatim atque hoſtis in inſidias deuenit, ſe ſe vtrinque in eum conuerterunt. *Nam à lateribus cohortes legionum aduerſa fronte.*

Pag. 167.

A*Pud duces Vitellianos dubitatū quo minus pacem concederent.* Quo pacto dubitatum ſi iſti caſtris abſtinuere, ſperãtes voluntariam deditionem, *ſimul voluntaria deditio ſperabatur.* Et centuriones iam præmiſerant, qui de condicionibus agerent cũ victis? *ipſis verò proficiſcentibus centuriones obuiam facti ſunt, qui dicerent motum iam exercitum Bebriacũ petere, ſe autem à ducibus miſſos pro concordia.* An legationem non ſtatim amplecterentur, qui animos hoſtium non demiſſos cernebant, & Mœſicos propediem ſciebant affuturos? hæc nonnihil vrgent, nõ addam tamen negationẽ, vt factum eſt eruditiſſimo viro. Putem *apud duces Vitellianos,* poſitũ pro *in caſtris Vitellij* exẽplo comicorũ qui dicũt *apud nos, apud vos* vice *domi noſtræ domi veſtræ.* In caſtris enim Vitellii, qui concilio non interfuerant, ſuſpicati ſunt Othonianos irritos ſpei ad ſuos reuerſurũ, quod à du-

Plutarch in Otho.

à ducibus diutulè in concilio detēti fuerint quaſi ea mora ſignum eſſet pacis non impetratæ. Hæc an vera ſint nec ne, ſequentia nō obſcure docent. *legati pauliſper retenti, ea res hæſitationem attulit ignaris adhuc an impetraſſent.*

Pag. 168.

EXperti inuicem ſumus ego ac fortuna ne tempus computaueritis, difficilius eſt temperare felicitati qua te non putes diu vſurum. Hæc omnia eò tendunt vt probent milites immania Othonis cœpta, ſimulque iis obuiam eunt. *maiore animo tolerari aduerſa quā relinqui.* Ii quibus læta, quibuſque triſtia iā experimento cognita, credebantur nimiſū vixiſſe. *& proſperis aduerſiſque ſatiatum, ſed quod nomen quemque ſtatum filio eius Germanico fore?* Itaque Otho, quid moras (ait) meis deſtinatis ò commilitones obiicitis? ſatis iam ſatis iam vixi: ſi quidem experiendo didici, quid proſpera ſint, quidq; aduerſa, & (quod me facit vitę ſecuriorem) vtrobique me ſanctè geſſi: nec hilum promouebitis dicendo, quod non tantum temporis vſus felicitate ſim, quantum cum miſeriis conflictaui, eoque vitæ parcendum, & obuiam ſuſpicioni

Tacit. lib. 3. hiſt.

eundum

eundum eſſe:nempe me felicem maiore viuendi ſpatio eundem vitę tenorem habiturum non fuiſſe; nam reſpondeo, qui verentur ne ſecunda momentanea ſint,ii ſeſe immergere ſolent in vitiorum ſentinam: quæ cum a me breuis meæ felicitatis prę̄ſcio facta non videatis,non eſt quod eiuſmodi me deterrere tentetis.Hæc *experti inuicem ſumus ego ac fortuna.*non diſcordant ab iſtis.*Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant, quia miſeriæ tolerantur,felicitate corrumpimur* Id.lib.1.Hiſt. at fortuna exilio per decennium Othonem experta eſt.*quare deducto matrimonio ſepoſitus eſt per cauſſam legationis in Luſitaniam, & ſatis viſum ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret:qui tamen ſic quoque hoc diſticho enotuit.* Suet.cap.3.

Cur Otho mentito ſit quæritis exul honore,
Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ.

Prouinciam adminiſtrauit quæſtorius per decē annos,moderatione atque abſtinentia ſingulari. Contrà Otho fortunam, imperio nonagintaquinque dies modeſte adminiſtrato.Quę verò dixi de ſuſpicione quam habebatOtho de ſui imperii breuitate, his firmantur.*poſtri die quoque in augurando tempeſtate orta grauiter* Id.ca.7.

uiter

uiter prolapſum, identidem obmurmuraſſe.

i. quid enim mihi & longis tibiis.

τί γάρ μοι καὶ μακροῖς δολιχοῖς,

i. breuis fati.

Tacit lib. 1. hiſt.

Cæterum hic habes quam impotenter in imperiis agant, qui ſe ὠκυμόρους credunt: quos imitantur miniſtri ſenum dominorum. *Seruorum manus ſubitis auidæ, & tanquam apud ſenem feſtinantes.* vnde non illepide Teius Anacreon.

i. ego vero comæ defluxerint nec ne ignarus ſum hoc vnum autem ſcio ſenem decere magis luſus ludere quo magis fatum propinquat.

ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν
εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον
οὐκ οἶδα, τοῦτο δ' οἶδα,
ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης.

N*Emo tam fortiter reliquerit.* Non ſolum Otho primas tulit inter reges, qui mortem ſibi conſciuerunt, ſed Martiale arbitro, fortius ipſo Catone in ferrum incubuit.

Lib. 6. Epig. 32.

Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo,
Forſitan & poſſet vincere mollis Otho,
Damnauit multo ſaturum iam ſanguine
Martem,
Et fodit certa pectora nuda manu:
Sit Cato dum viuit ſanè vel Cæſare maior,

Dum

Dum moritur nunquid maior Othone fuit?

A*VT nimium meminiſſet*. Excidere Saluio patrui vera monita: nam ſi memor, nunquam celebraſſet eius natalem. *interemit Saluium Cocceianum, quod Othonis imperatoris patrui ſui diem natalem celebrauerat.* Suet. Domit. ca. 10. Sed Otho moribundus exitium nepotis verè prędicit, quaſi vera prędicentur ab iis, qui iamiam vitam ſunt cum morte commutaturi.

ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσσὶ βάλλεο σῇσιν,
οὔ θην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκε θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιὴ
χερσὶ δαμέντ' ἀχιλῆος ἀμύμονος αἰακίδαο.

Hom. lib. 16. Iliad. i. Allud autem tibi dicam, tuque in pectus conde tuum, non equidem neq; tu ipſe diu viues, verum iam tibi mors imminet, & potens fatũ, manib' domito Achillis irreprahenſibilis Aeacidæ.

Et quidem Patroclus falſus animi non eſt. Orodes etiam eodem euentu eadem Mezentio prænunciat.

Ille autem expirans, non me quicunque es, inulto Virg. lib. 10.
Victor, nec longum lætabere, te quoque fata
Proſpectant paria, atque eadem mox arua tenebis.

Pag. 170.

ET *fidem abſoluit.* Quam aſtrictus eſt noſter hic ſenex: Vitellius verè credidit (quod procul vero *ac pleraque fortuita fraudi ſuæ aſsignantes)* hos duces perfidos ad vltimũ fuiſſe, & eos abſoluit fidei crimine quã Othoni prius præſtiterant:crimine (in quã) quo nullum grauius inter proditores. *Occidi iuſsit damnatos fidei crimine grauiſsimo inter deſciſcentes.* Non diſſimili mendacio Themiſtocles init gratiam apud regem Perſarum: is enim quaſi ſollicitus de regis ſalute, eum per Arnacem monuit, Græcos velle pontem ſoluere, quo iunctus erat Helleſpontus, vt reditu intercluſo, eius copię occidione occiderentur: at re vera id ſimulatum eſt quò maturius Rex Gręciam linqueret, ſeque domi reciperet. Θεμιστοκλῆς ἥκω παρὰ σὲ, ὃς κακὰ μὲν πλεῖστα Ἑλλήνων εἴργασμαι τὸν ὑμέτερον οἶκον, ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκῃ ἠμυνόμην, πολὺ δ' ἔτι πλείω ἀγαθά: ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοὶ, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ, πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο καί μοι εὐεργεσία ὀφείλεται γράψας τήν τε ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν, ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν. Hęc ille, quę Plutarc. aſtipulate minus recte mihi verſa à Valla, & ab Hẽrico vidẽtur. hic. *ſed multo plurimis beneficijs, poſteaquã mihi qui*dem

Tacit. lib. 1. hiſt.

Plutarch. in Themiſt.

Thucyd. lib. 1. i. Themiſtocles ad te venio, qui præ aliis Græcis domũ veſtram pluribus affeci malis, quandiu neceſſario tuo patri me inuadenti reſiſtebam: ſed etiam multo pluribus beneficijs, quod rebus meis ſaluis, eiuſque in periculo conſtitutis, reditus ei rurſus contigit: & mihi beneficiũ debetur: adſcripſe-

dem tuta,illi autem periculoſa reuerſio fuit. ille. *Sed multo plura bona cõtuli, poſtquã mihi integro fuit.& ille quod in periculo poſitus iterum reuerſus eſt,hoc mihi beneficium debet.*

rat enim monitum de relinquenda Salamine, & pontiũ (quam tunc falſo vt in eius rem finxit) non ſolutionem.

Pag. 171.

APud victores orta ſeditio ludicro initio, niſi numerus cæſorum inuidiam bello auxiſſet. Leuem originem habuit ſeditio, nempe ſtudium luctandi,ſed adeò res rediit vt explicari nequiuerit niſi duarum cohortium ſtrage:vnde ciuilis belli deteſtatio, quę oblata quauis de cauſſa ſemper arripitur. *aduertere proximi,deinde plures, hinc per omnẽ aciem miraculum, et queſtus, & ſæuiſſimi belli execratio.* Tacit. At Eruditiſſ. vir ea quaſi luxata ſic reſtituit in ſuas ſedes. *Et quidem partes modeſte diſtinxerat, niſi numerus cæſorum inuidiam bello auxiſſet.apud victores orta ſeditio ludicro initio* quaſique ibi agatur de numero interfectorum Bedriaci,& hoc ſenſu . modeſte ſe geſſit Vitellius cum victis, & inde laude dignus,niſi tot ciuium prælio perdidiſſet. Sed cur ſine chirurgia non referimus *niſi numerus cæſorum* ad *ludicro initio* & reſpectum dicimus ad duas Gallorum cohortes cæſas in illa turba?

Inter

INter inania belli. non placet *immania* multo minus *munia*. auxilia reſpectu legionũ inane quid ſunt, at eæ robur dicuntur. *Triginta millia Cacina e ſuperiore Germania ducebat, quorum robur legio vna prima & viceſima fuit.* Sic naturę bona in comparationem veræ virtutis. *omnium ora in ſe vertebat, corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiã ſapientiamque, etiam ſpecie inanium validus.* Eodemque modo cultus ſine imperii vi. *Tantuſque Romæ quantus conſulibus honor eſſet: ſcilicet externæ ſuperbiæ ſueto, non erat notitia noſtri, apud quos vis imperij valet, inania tranſmittuntur.*

Tacit. lib. 2 hiſt.
Id. lib. 13. ann.
Id. lib. 16.

Pag. 178.

NEc mihi maior in tua vigilantia, parcimonia. torpor vigilantię, inſcitia ſapientię, adamuſſim reſpondent: verum parcimonia non videtur. ἀντὶ δὲ τὸν ſæuitię: nec (addo) σωφροσύνη τῆς ἀκολασίας Thucydides ἀμαθία τε μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον ἢ δεξιότης μετὰ ἀκολασίας nec *auaritia virtutis.* audi. *nã ꝓ pudore, ꝓ abſtinẽti*a, *pro virtute, audacia, largitio, auaritia vigebãt.* Iuuãda omnia sũt interpretatiõe. ad Gręca ita ſcholiaſt.

Lib. 5.
i. Imperitia cũ modeſtia vtilius quam peritia cum licentia.
Salluſt. Catil.

Τὼ

τὴν τε ἀκολασίαν ἀντέθηκε τῇ σωφροσύνῃ. δεῖ δὲ τὴν μὲν σωφροσύνην ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς εὐηθείας δέξασθαι, τὴν δὲ ἀκολασίαν ἐπὶ τῆς εὐμεταβολίας Ad latina hęc ego. *virtus* aliquando ponitur vice munificentię, ſine beneficentiæ. Καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν ἐναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς. Vbi ciuſmodi ſcholiaſtes. ἀρετὴν λέγει νῦν φιλίαν, καὶ εὐεργεσίαν. Sic noſter contendit ſæuitiam cum parcimonia id eſt auerſione crudelitatis, mitis enim erat Veſpaſianus,& parcus puniēdi. *Non temerè quis punitus inſons reperitur, niſi abſente eo, & ignaro, aut certe inuito, atque decepto. Cæterum neque cæde cuiuſquam vnquam lætatus, iuſtis ſupplicijs illachrymauit etiam, et ingemuit.* Nec abſurde hoc vocabulum ad alia, quam ad frugalitatem transfertur. *Statuam poni mihi à te eo quo deſideras loco (quanquam huiuſmodi honorum parciſſimus) patiar.* adde

i. Licentiam oppoſuit modeſtiæ: oportet autem hic accipere modeſtiā pro ſimplicitate (hoc eſt quando placitis acquieſcūt) licentiam verò pro inſtabilitate (hoc eſt quando à ſemel placitis facile diſcedunt)

Thucyd. lib. 2.

i. Et in iis quæ ad virtutem ſpectant à multis diſcrepamus.

i. virtutem nunc dicit amicitiā, & beneficentiam

Suet. ca. 15.

Plin. Epiſt. ecxv.

Plaut. Aulul.

Megad. Credo edepol vbi mentionem ego fecero de filia
Mihi vt deſpondeat, ſe ſe à me derideri rebitur,
Neque illo quiſquam eſt alter hodie ex paupertate parcior.

τὸ *parcior* ibi hominem non ſignat, qui rei inſeruiat, ſed qui imbiberat illud aureum. γνῶθι σεαυτόν: Quamobrem diues Megadorus Euclionis ingenium optimè callens, merito nuptiis

i. noſce te ipſum.

nuptiis cum eius filia diffidit, dicitque eum eſſe parcum, hoc eſt ſe intra ſuum ordinem continentem, non affectare affinitates potẽtiorum. quæ omnia clarius Euclio ipſe.

Eucl. Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem,
Factioſum, me eſſe hominem pauperum pauperrimum:
Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi, in mentẽ venit
Te bouem eſſe, & me eſſe aſellum, vbi tecum coniunctus ſiem,
Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego aſinus in luto,
Tu me bos magis haud reſpicias, gnatus quaſi nunquam ſiem:
Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat:
Neutrubi habeam ſtabile ſtabulum ſi quid diuortii fuat,
Aſini me mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus.
Hoc magnum eſt periculum ab aſinis ad boues tranſcendere.

Cæterum non mihi perſuaſerint qui illos immanes commentarios vulgauere *parcior*

nota

nota ſignificatione accipiendum eſſe, nam ratio horum.

Credo adepol vbi mentionem ego fecero de filia
Mihi vt deſpondeat, ſe ſe à me derideri rebitur.

Hæc eſt.

Neque illo quiſquam eſt alter hodie ex paupertate parcior.

Ad hoc Megadorus indotatam Euclionis filiam ducere volebat.

Scio quid dictura es, hanc eſſe pauperem, hac pauper placet.

Et

.... ne duis dummodo morata recte veniat dotata ſatis eſt.

Quapropter eũ retardare non debebat auaritia Euclionis. cedat hinc igitur (nec illud vereor *ſatis pro imperio*) *acrimonia* Eruditiſſimi viri coniectura.

A*RAM tantum & reuerentiam* τῇ αἰτιατικῇ ἀντὶ ὀρθῆς κέχρηται· Non repetam i. quarto vice primi caſus vtitur.
quę dixi in admonitione ad lectorem, & libro primo hiſtoriarum, ibi. *tradito principibus more.*

HH Tag.

Pag. 173.

NON *parata cognitione*. Cognitio pro-
Tacit.lib. 4. ann. prie de iudicibus. *ac forte habita per illos dies de Votieno Montano celebris ingenij viro cognitio.* Et paulo poſt. *adeoque perculſus eſt, vt ſe vel ſtatim vel in cognitione purgaturũ clamitaret.* Sed vſurpatiue à noſtro non illepide de militibus imperium in aliquem collaturis: an Mœſici ſine cognitione Veſpaſia-
Suet.cap.6. num imperare dixerunt? *Propoſitis itaque nominibus legatorum conſularium quot vbiq; tunc erant, cum cæteros alij alium alia de cauſſa im-
a probarent, & quidẽm è legione tertia, quæ ſub exitu Neronis translata ex Syria in Mœſiam fuerat Veſpaſianum laudibus ferrent, aſſenſere cuncti, nomenque eius vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt.* At Syriacę legiones paucorum impulſu dictum factum eum in imperatorem aſciuerũt. Cęterum eruditiſſ. vir *non paratu ac concione.* quo nil potius ſi mendæ hic ſe penetraſſent.

Pag. 174.

AD *obtinendas iniquitates*. Hęc phraſis inſolens non eſt, vt viſum doctiſſ. viro: dicimus enim obtinere animi firmitudinem,

dinem, pro in deſtinatis firmiter perſeuerare.

Leonid. ſi iſtam firmitudinem obtines animi ſalui ſumus. Plaut. Aſin.

Obtinere iniuriam, pro à re iniuſte perpetrata non diſcedere. *omnium primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim iudicijs etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam redditis ſuas res Syracuſanis reſtituit*, confer queſo. *ad obtinendas iniquitates haud perinde obſtinato* cum *in pertinaces ad obtinendam iniuriã.* Liu. lib. lxxviii.

Veſpaſianus inter initia principatus peruicax non erat ad diuites ſubuertendos rei pecuniariꝫ cauſſa, ſed nonnunquam neceſſitati manus dabat, quandoque prędiş obuiam ibat, donec vſus prauis magiſtris peſſima quęque in ſe admiſit. de eius initio hæc mihi legas. *Sunt contrà qui opinentur ad manubias, & rapinas neceſſitate compulſum, ſumma ærarij fiſcique inopia, de qua teſtificatus ſit initio ſtatim principatus, profeſſus quadringenties millies opus eſſe, vt reſpublica ſtare poſſet: quod & veriſimilius eſt, quando & male partis optime vſus eſt.* Idem Suetonius etiam teſtatur, eundem progreſſu temporis eandem ſemitam non triuiſſe. *Creditur etiam procuratorũ rapaciſſimum quenq; ad ampliora officia ex in-* Suet. cap. 16.

duſtria ſolitus promouere, quò locupletiores mox condemnaret. quam noſtro conſona *.ſed neceſſitate armorũ excuſata* Et *donec indulgentia fortunæ, & prauis magiſtris didicit, auſuſq; eſt.*

A *Quileiam iam progreſſa.* Legiones Mœſiacæ, ſiue bina millia ex vnaquaq; earum (vtrunq; enim boni æquique facio, nam minimum id diſcrimen, & ſcriptoribus crebrum, vel ex eodem interuallo iter fecere, quo Dalmatiæ, & Pannoniç miles. Tacit. *fuere quatuor legiones, è quibus bina millia præmiſſa, ipſæ modicis interuallis ſequebantur.*) Obuios Vitellianos habuerunt, qui victum, & fato functum Othonem nuntiabant, ſeque ad tranſitionem hortabantur, quo ægre accepto, laceratis Vitellii vexillis, nuntiiſque fugatis in Aquileiam ſeſe receperunt: vbi poſt ſacrilegia rapinaſque ſibi metuentes in Veſpaſiani verba iurauerunt. Suet. cap. 6. *Mœſiaci exercitus bina è tribus legionibus millia miſſa auxilio Othonis, poſtquam iter ingreſſis nuntiatum eſt victum eum ac vim vitæ ſuæ attuliſſe, nihilo ſecius Aquileiam vſque perſeuerarunt quaſi rumori minus crederent: ibi per occaſionem ac licẽtiam omni rapinarum genere graſſati, cum timerent ne ſibi reuerſis reddenda ratio, ac ſubeunda pœna*

pœna eſſet, conſilium inierunt eligendi creandiq; imperatoris. noſter. *tertia legio exemplũ cæteris Mœſiæ legionibus præbuit, octaua erat, ac ſeptima Galbiana imbutæ fauore Othonis, quamuis prælio non interfuiſſent, Aquileiam iam progreſſæ (proturbatis qui de Othone nuntiabant laceratisque vexillis nomen Vitellij præferentibus, rapta postremò pecunia, & inter ſe diuiſa) hoſtiliter egerant.* En noſter affluenter dum Mœſici eſſent in itinere *proturbatis qui de Othone.* quæ ieiune à Suetonio dicta ſunt. *nihiloſecius Aquileiam vſque perſeuerarunt, quaſi rumori minus crederent.* contrà Suetonius diffuſe narrat militum geſta in Aquileia. *ibi per occaſionem ac licentiam omni rapinarum genere graſſati.* quæ Tacitus ſcripſit nimis aſtricte. *Aquileiam iam progreſſæ hoſtiliter egerant.* ſed cur diſſimilem noſtrum alibi à ſe ipſo, & à Suetonio diſcordare? apud hũc Mœſici audiunt in itinere mortẽ Othonis qui apud noſtrũ viuus eſt Mœſicis Aquileiã iã ingreſſis. *ſed præmiſſi Mœſiæ eandem obſtinationem aduentantis exercitus, legiones Aquileiam ingreſſas nuntiabant.* Quid ſi ῥητορικῶς non vere, vt auerterent Othonem ab extremorum cogitatione? Diſcordia igitur ſilet, quam inter eos excitauit doctiſſ. vir: de corruptione vero

quid

num,fratremque eſſe Veſpaſiani, poſt vrbis curam prætorianis pręfectum: indeque Pan uinium carpit, qui negat prænomen *Publij* vnquam in Flauia gente receptũ fuiſſe.verũ P.iſte Sabinus,alius eſt àFlauio Sabino fratre Veſpaſiani,qui noſtro ſemper ſcribitur Flauius Sabinus aut Sabinus tantum.*vrbi Flauium Sabinum præfecere* alibi *Cælio ac Flauio Sabinis in Iulias.*adhoc.*idei Plautius Var⁹ præturæ functus ex intimis Dolabellæ apud Flauiũ Sabinum præfectum vrbis obiecit* inſuper. *cunctantem ſuper tanta re Flauium Sabinũ.*adde, *Sabinus ſuopte ingenio mitis* ſimul &c. *credidere pleri que Flauij Sabini conſilijs concuſſam Cæcinæ mentẽ.*prætereа.*at primores ciuitatis Flauium Sabinum.*hęc pace doctiſſimi viri à me dicta ſint.Cęterum aduerſus peruicaces his vterer.ſi Flauius Sabinus pręfectus prętorio fuit poſt vrbis præfecturam, quando redditur vrbanæ præfecturæ? paulo enim ante mortem,& in ipſa morte agebat præfectum vrbis. *at primores ciuitatis Flauium Sabinum præfectum vrbis ſecretis ſermonibus incitabant.* hũc ſcilicet Vitellius vinxiſſet ob ſuſpicionẽ amicitiæ cum Cæcina(vt accidit P. Sabino) *P. Sabinum prætorio præfectum ob amicitiam Cæcinæ vinciri iubet.*quem nec Flauianis iam

Lib.1.hiſt.

Lib.4.hiſt.

vrbi

vrbi imminentibus cuſtodire ſuſtinuit? *Sabinus* hortantibus *fugam inhabilem labori, & audaciæ valetudinem cauſſabatur: Domitiano aderat animus, ſed cuſtodes à Vitellio additi timebantur.*

SVmptu Gaianæ aquæ. Etiam me ſollicitat hic emendandi cacoethes, & lego. *vnū ad potentiam iter prodigis epulis, & ſumptu: vt Gaianæ aquæ ſatiare inexplebiles Vitellij libidines.* comparat ecce Vitellium cum Caligula, nec audet vlli dare palmam luxuriæ τὸ *ſatiare* tranſit in vim nominis.

Perſ. Plau. Bacchid. .... *ad noſtrum viuere triſte.*

Lyd. hic vereri perdidit.

Id. Perſ. *Tox. age circumfer mulſum bibere.*

AD

AD LIBR. TERTIVM HISTOR.

Pag. 178.

C*Æterum vt tranſmitteret in Italiam.* Prius de ordine videndum eſt, poſtea de mendis. Si dedita opera quis hoc belli exordium turbaſſet, nunquam tot luxationes, inuerſiones, mendas hic haberemus, quot vir doctiſſ. hic eſſe opinatus eſt: quapropter ſequor ordinem vulgatum, hoc vno tamen probato, ſi ſuis è ſedibus hæc mota fuiſſent, non melius in ordinem redigi potuiſſe, quam ab eo factum ſit. Is ſingillatim duo profert, quibus ea confuſa credi vult:

alterum, Flauiani in Italia dicuntur eſſe, & ibi quærere de ſede belli, cum nondum tamen eò perueniſſent, nam paulo poſt deſcribitur eorum aduentus. *Antonio vexillarios è cohortibus & partem equitum ad inuadendã Italiam rapienti.* alterum, nòn eos potuiſſe, nec debuiſſe Veronam venire tot à tergo relictis. ad primum ſic reſpondeo: Petouioni agitur de ſede belli, inde iter Italiam verſus arripitur. *Cæterum vt tranſmitteret in Italiã impune, & eò vſui foret, ſcriptum Aponio ſociũ reuireſcere crederet: quæſitum inde quæ ſedes bello legeretur, Verona viſa potior, poſſeſſa ipſo tranſitu Vicentia.* Vides igitur literas Petouioni ad Aponium dari, qui iam Aquileiam obtinebat. Petouionique conſultari de occupanda Verona, inde Italiam peti, & attingi. *poſſeſſa ipſo tranſitu Vicentia.* illa autem, *Antonio vexillarios è cohortibus.* referenda ſunt nõ ad priorem Antonii irruptionem (vt clarius infra) ſed ad excurſionem, quam occupata Verona inde fecerat, vt ea caperet, quæ ſtudio celeritatis omiſerat. Secundum ſic refuto. quæ manus erat ibi, quę primo reſiſteret? quis ei à tergo inſtaret tribus Mœſicis legionibus Aquileiam iam ingreſſis? iure igitur Antonius aliis locis præuertit occupationem

Tacit lib. 2. hiſt.

nem

nem Veronæ, nam ea. *potior viſa patentibus circum campis ad pugnam equeſtrem qua prævalebant*. Inſtat rurſus doctiſſ. vir, aitque hāc totam narrationem diſſonam, & incompoſitam eſſe: quod (ſi non fallor) par fuerat principes Sarmatarū prius in commilitium vocare, cæteraque illius tractus prouidere, quam è Pannonia diſcederetur: quodque Verona in vulgatis Vitellianis auferatur auxilio duarum legionum. VII. Galbiana, & tertiadecima Gemina. *opprimi vniuerſis Vitellianorum viribus duæ legiones nondum coniuncto Mœſico exercitu potuere*. quarum tamen in Italiam d[illegible]ceſſio recenſetur poſt Veronā captam, poſtque pugnam ad Forum Alieni *vulgata victoria poſt principia belli ſecundum Flauianos, duæ legiones ſeptima Galbiana, tertiadecima Gemina cum Vedio Aquila legato Patauium alacres veniunt*. Prioribus ſic obuiam itur: præ impetu nonnulla Antonium fugiſſe, quæ nihilominus in Italia curantur, noſtroque eo ordine dicuntur, quo ab eo geſta ſunt Poſteriora diluere arduum non eſt: Antonius duabus legionibus comitatus, Veronam cepit, iiſque ibi relictis, rapit vexillarios è cohortibus, & equitum partem ad inuadendum vicina Aquileię: eum (audita pro es

ſpera ad forum Alieni pugna) duæ illę legiones ſequuntur, & aſſequuntur, vt quæ illum plurimi facerent, eiuſque victoriis intereſſe vellent, at Patauii paucos dies indulgēt quieti, quod Antonius omnia more torrentis ſit exſecutus, vnde nec ei nec aliis copia reſpirandi. nec mihi obiicias male à duabus his legionibus Veronam deſeri, pręſertim Cæcina non illinc longe cum exercitu conſidente; is enim proditionem meditabatur. *Sed Cæcina per varias moras prima prodidit hoſtibus tempora belli, dum quos armis pellere promtum erat, epiſtolis increpat, donec per nuntios pacta perfidiæ firmaret.* Et ad Veronæ defenſionem ſatis erat ſeptima Claudiana cum Saturnino. *Interim Aponius Saturninus cū legione ſeptima Claudiana aduenit.* Nunc breuiter, & continēter hoc exordium recenſebo, nec à vulgatis latum vnguem diſcedam. Antonius vnà cum Pannonicis legionibus intrat Italiam, Veronam capit, tentat leui prælio Vitellianos, inde intendit animum (quod prius erat faciendum) ad Sarmatas, cæteraſque gentes continendas & alliciendas: poſt cum vexillaribus cohortium, & equitū parte occupatum it loca illa quibus in tranſitu abſtinuerat, vt de repente Veronam par

tibus

tibus adiungeret*:* hoſtes fudit ad Forum Alieni, Patauioque cum duabus legionibus (qnæ eò alacres ierant) Veronam redit, eamque oſtentandi gratia vallo militari circundat. At Antonius (dicat aliquis) ſolum petiit expeditas cohortes. *mihi expedita cohortes ſufficient.* petiit, at omnes traxit. *vt cautos quoq; ac prouidos permoueret, vulgus, & cæteri vnum virum ducemque ſpreta aliorum ſegnitia laudibus ferrent.* alioquin minime noſter ſibi conſtaret, ſi Antonius petita duntaxat obtinûiſſet: nam qui ante aduentum duarum legionum rapere potuiſſet equitum partem ad Italiam inuadendam? cohortes enim proprie de equitibus non dicuntur. Cæterum ſedis oportunitas numquam neglectui habita eſt: Athenienſes Meſſanę inhiabāt quod haberet προσβολὴν τῆς σικελίας. Scipio. *ad oppugnandam Vticam vires belli conuertit, vt ſi eam deinde cepiſſet, ſedem ad cætera exſequenda haberet.* Thucyd. lib. 2. i. Siciliæ aggreſſionem. Liu. lib. 40.

CÆterum vt tranſmitteret in Italiam impune. Socii Aponius, & Flauianus erant. *iuncti inde Mœſici ac Pannonici exercitùs Dalmaticum militem traxere.* quorum Aponius Mœſiacos. *in eo metu Aponius Saturninus* Tacit. lib. 3. hiſt.

ninus Mœſiæ rector. Flauianus Pannonicos regebat. *Titus Flauianus Pannoniam, Pompeius Sullanus Dalmatiam tenebant*. at Flauianus in conſternatione legionum, deſertor partium Italiam petierat, inde ſtudio rerum nouarum vltro in Pannoniam redierat, ideo Primus inde ſcribit Aponio, qui iam Aquileiam obtinebat. *tertia legio exemplum cæteris Mœſiæ legionibus præbuit, octaua erat ac ſeptima Galbiana imbutæ fauore Othonis quamuis prælio non interfuiſſent, Aquileiam iam progreſſæ*. Et Flauiani pœnitentiam neſciebat, vt eũ tranſitu non prohiberet. *Socium reuireſcere* eleganti metaphora, quaſi areſcat, qui partes deſerit: vti autem metaphoris ad ſobrietatem, inprimis magnificentiam concinnat. πρῶτα μὲν οὖν μεταφοραῖς χρηστέον· αὗται γὰρ μάλιστα καὶ ἡδονὴν συμβάλλονται τοῖς λόγοις, καὶ μέγεθος μὴ μέντοι πυκναῖς, conſule Thucididem ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέουσαι. vbi ſcholiaſtes. εἴρηται δὲ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς κουρᾶς ἄχρι τοῦ χρωτὸς γιγνομένης.

Id. lib. 2. Hiſt.

Demetr. i. primum igitur vtendum eſt translationibus) hæ enim maxime voluptaté, & magnitudinem orationibus conferunt:) non autem crebris.

Lib. 2. i. propè ſemper adnauigantes.

j. Dictum eſt per translationem tonſuræ vſque ad cutem factæ.

ET *interceptus exercitus*. Lego *interſeptus* nam Rhętos & Germanos Antonius interſepſit. *ſuis ſtimulis excitos Mœſiæ duces, ſua conſtantia perruptas alpes, occupatam Italiam, interſepta Germanorum Rhætorumq; auxilia. τὸ exercitus per Rhætiam Juliaſque alpes.*

id

id eſt Rhætorum, qui timebantur ne per eas deſcenderent.

Gens fidei commiſſæ patientior τὸ *cõmiſſæ* id eſt iunctæ.

Poſtrema immani corpore Priſtis Virg.li.3. AEneid.
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.

Sueuorum gens fida Romanis, non fœdifraga cenſebatur, vt Sarmatæ Iazyges. *patiẽtior* pro *patiens.* vt *triſtior* pro *triſti.*

Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes Id.lib.1. AEneid.
Alloquitur Venus.

STrenuus bello, quam gloriam. Verſentur manuſcripti codices, coniecturis indulgeamus, nil potius attamen vulgata lectione. Arrius habebatur bellorum peritus, quæ laus ſiue gloria inde orta quod ſtipendia fecerat ſub optimo duce Corbulone: magno enim in pretio habentur, & vndique magnis cõditionibus inuitãtur, qui ſub ſtrenuis ducibus meruerũt: quotus enim quiſq; eſt qui eos quouis pretio non ambiat, quos ſub Alexandro Farneſio militaſſe ſciat? quis modo non montes auri promitteret militibus

Hen-

Henrici quarti regum ducumq; fortiſſimi? Verum Arrius iſte ſpei de ſe conceptę minime reſpondit: nam neque fortem militem, neque conſtantem ducem ſe prębuit. *pauidus turbæ ſuorum miſcetur, intulitque formidinem.*

Pag. 180.

Q*Via audacius.* Audacter aliquid agere eſt ἐλευθέρως ſiue liberè, & nullo reſpectu rē exequi: inde apud Comicos *audacter credere* & *audacter monere*. quin & Salluſtio *audacia* dicitur eodem ferè ſignificatu. *Duabus his artibus audacia in bello, vbi pax euenerat, æquitate ſeque remque publicam curabant: quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo, quod in bello ſæpius vindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnauerant, quique tardius &c. in pace verò beneficiis magis, quam metu imperium agitabant: & accepta iniuria ignoſcere, quam perſequi malebāt.* Liberius igitur, & ſeuerius Minutius iſte milites regebat, quam per ciuilia bella par eſſet vbi ſeueritati locus non eſt, quod Caſſium non fugit. *Vnde Brutum improbabat, quod nimis auſterus atque ſeuerus foret eo tempore, quo humanitate atque clementia opus erat.* nec

Catilin.

Plutarch. in Brut.

Octa-

Octauium. *ad arma ciuilia actum, quæ neque parari poſſent, neque haberi per bonas artes.* Tacit.lib.1.ann. neque Othonem. *vulgus, et plures ſeditionibus, et ambitioſo imperio læti, per turbas & raptus facilius ad ciuile bellum impellerentur.* Id.lib.1.hiſt. Quid enim facerent militibus obnoxii & magis ſeruientes, quam imperantes? atqui alius ab iis Pericles, qui potentiam bonis artibus adeptus eſt. κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως, καὶ οὐκ ἤγετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ. ἢ αὐτὸς. ἦγε.

Thucyd.lib.2. i.Continebat audacter multitudinem & magis eam regebat, quam ab ea regeretur.

D*Ecorum pro cauſſa ratus ſi placeret Galbæ principatus: & partes præſumſere facta* Doctiſſ.vir. *ſi placere Galbæ principatum et partes præſumſiſſent. facta.* priora interpretor. Flauiani eiuſmodi Galbę cultu, eius amorem, & imitationem Veſpaſiano vendicabant, quaſi ad normam Galbæ regnaturus is eſſet, cuius milites aduerſus eius deſertorem tam acriter pugnarent, tantumque tribuerent memoriæ vita functi: nec omnino infirma eſt coniectura, ſi ex cultu, quo quis alium proſequitur, eius ingenium illi dicamus non diſplicere: en Vitellius inferias Neroni facit. *lætum fœdiſſimo cuique, apud bonos inuidiæ fuit, quod extructis in campo Martio aris, inferias Neroni feciſſet.* Tacit.lib.2.hiſt. ſequitur. *&*

 partes

partes præſumſere,facta tribunis. id eſt,Flauiani antequam prælio tranſigeretur, captabāt defectionem Vitellianorum, promittebant que eorum centurionibus, ac tribunis honores eoſdem quos apud Vitellium, geſſiſſent.τὸ *præſumere* eſt *praoccupare*.

Arma parate animis, & ſpe præſumite bellum.

Virg.lib.11.Aeneid

Ad quę Seruius.*mente praoccupate*.noſter alibi.*torpebat Vitellius, & fortunam principatus inerti luxu ac prodigis epulis præſumebat*.acute ad alia quæ decent ſtrenuos duces,nondum imperator, conuiuiis ſumtuoſis videbatur principem ſe gerere.

Lib.1.hiſt.

ET *vt proditionis, ira militum in T. Ampium Flauianum incubuit*.integra ſunt quà à verbis,quà à ſententia: vt manca viderentur fuit in cauſſa breuitas à Cornelio affectata:verum nec iſta tanti ſit: quam enim ad nauſeam ſi ſic dixiſſet. *& vt ira proditionis,ira militum ia T. Ampium Flauianum incubuit*.hoc eſt milites ira (quam contra proditores concipere ſolent)aduerſus Flauianū inflammati ſunt.iis affinia videntur hæc.*ne dum Primus ac Fuſcus, & ſpecimen partium Mu-*

Mucianus vllam in Vitellium niſi occidendi licentiam habeant. an ſuauius ad aures accideret.*vllam licentiam in Vitellium niſi occidendi licentiam habeant?*ad Midæ forſitan. Eadē ferè Salluſtius.*Facinoroſorū circum ſe tanquā ſtipatorum cateruas habebat*. Poſtremum nō reor hoc genus interpretandi inſolitum tibi viſum iri *ira proditionis* id eſt ira propter proditionem. Catilin.

Aſt illum erepta magno inflammatus amore Virg.lib.3. Aeneid.
Coniugis, & ſcelerum furijs agitatus Oreſtes.

Furia ſcelerum Scilicet quæ illū propter ſcelera, nempe matricidium agitabant.

Pag. 181.

E*Tiam militibus principem auferre*. Non deterreor metu proſcriptionis, quæ mihi à triumuiris impendit, quin vulgatis inſeruiam: Vertranius enim, & doctiſſ. vir ſubſcribunt Ferreto iſta ad hanc faciem decurtanti.*etiam milites auferre*.quapropter diuerſis punctis hęc mihi legas.*etiam militibus principem auferre. licet integros incruentoſque, Flauianis quoque partibus viles, quid dicturos*

repoſcentibus aut proſpera, aut aduerſa? non viſus eſt Oedipo ad horum declarationem. incorruptæ fidei milites, nec tantillum de ſua integritate dubitari volunt: indeque dicere non ſuſtinent. *etiam milites principi auferre.* ſed potius. *etiam militibus principem auferre.* quaſi illud nefas cogitatu ſit, iſtudque (licet in idem recidat) ſuam fidem præſtringere nequeat. *licet integros* quid dicturos ſe integros, & incruentos, ac Flauianis quoque viles, repoſcentibus proſpera, aut aduerſa?

F*Orte victi.* Nec Rodolphus mihi perſuaſerit vt legam. *victuri* neque cum doctiſſimo viro ſentio, cui hęc mutila videntur. Vitelliani ſine Cęcina proſperis malè vſi *excipiunt Vitellianos temerè effuſos,* victoria excidere: iidem peius ſe ſe per aduerſa geſſerunt. *non laxare ordines, non recipere turbatos.* non itaque tantum Cæcinam deſiderauerunt ad victoriam perſequendam, quantum in fuga, & in aduerſis, vbi cuiuſq; virtus expetitur ſine ęmulatione: maxime quum minore detrimento quis victoriam è manibus amittat, quam ab hoſtibus vincatur.

For-

FOrtuna belli. Diſcrimen eſt non modicũ inter bellum, & prælium: illud πόλεμος, iſtud μάχη. *tanquam ducem haud ſpernendum et ſi non prælium, certe bellum abſumſiſſet*. nihilominus adducor in hanc opinionem *bellum* aliquando ſumi pro *prælio* ſiue pugna. Tacit.lib.12.ann.

O dolor atque decus magnum rediture parenti; Virg.lib.10.Aeneid
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert.

Hic ſi principium belli (vt res exigit) putamus à profectione Pallantis, is non vtique occubuit primo belli die.

In medio claſſes æratas, Actia bella Id.lib.6.
Cernere erat.

At apud Actium pugna illa naualis, qua fractę vires Antonii.

Pag. 182.

CVR *rari ſumſiſſent arma*. armati & diſpoſiti Pannonici milites tunc erant. *at Vitellianis exercitus. tertia ferme noctis hora, paratis iamque diſpoſitis Flauianis impingitur*. at non eodem numero, quò iam Bedriaci pugnauerant: quod illic à Vitellianis plerique eorum cęſi ſint. *At in Pannonia 13. legio* Tacit.lib.2.hiſt.

legio, ac 7. Galbiana dolorem iramque Bedriacenſis pugnæ retinentes. Antonius igitur vt eos in prçlium accéderet, refricat dolorem dictæ cladis. qua nam (inquit) alia de cauſſa, niſi quod iam à Vitellianis victi fuiſtis, nunc pauciores quam olim ſub Othone pugnam initis? agite ergo dum datur occaſio ignominiam illam abolete, iniuriaſque veſtras vindicate. Doctiſſ. vir. *cur reſumſiſſent arma.* ſed acriorem aculeum priora relinquunt.

Pag. 183.

M*Vlta cum ſtrage inceſſerat cũctatio.* Flauiani primum ardentes vallo inſtabant, ſed ſoluta compage ſcutorum, lanceiſque transfixi, nonihil de alacritate remiſerunt. quamobrem hinc ablegandum eſt *tentatio.* nam (vt appoſite ſcripſit Pichena) ſigna cunctationis hçc ſunt. *ni duces feſſo iam militi, & velut irritas exhortationes abnuenti.* Et *non iam ſanguis, neque vulnera morabantur.*

Pag. 184.

O*Mniſque ira victoris nõ in vulgus inops* Et paulopoſt. *gregarius miles futuri ſecors, & ignobilitate tutior perſtabat.* Eadem ferè

rè Salluſtius. *nam ſemper in ciuitate quibus opes nullæ ſunt, inuident bonis, malos extollunt, vetera odere, noua exoptant, odio ſuarum rerũ mutari omnia ſtudent, turba atque ſeditionibus ſine cura aluntur, quoniam egeſtas facilè habetur ſine damno.* Catilin.

A*Ntonius poſt rem.* Variata diſtinctione caſtigationes omnes peſſundamus. *Antonius poſt rem (flagitii increbreſcente inuidia) edixit.* τὸ *poſt rem* non aliter accipio, atq; *poſt factum* exemplum non longè petam. *cæterum ex diſtantibus terrarum ſpatijs conſilia poſt res afferebantur.*

Pag. 185.

N*On more vulgi agere.* Vulgus inter ancipitia ſemper trepidat *vulgus formidoloſum.* At Vitellius quaſi bellum cum Vitellianis nil ſua referret, luxui ſic ſe dederat, vt abiectis imperii curis, nec trepidare (qui mos vulgi per ardua) meminiſſet. Graphicè ignauia Vitellii repręſentatur, diſpeream ſi eam pictor melius expreſſerit. Doctiſſ. vir. *in ore vulgi.* Tacit. lib. 3 ann. Flauianis

Pag.

Pag 186.

S*Imul cæterorum fides metu intacta.* ἀναλόγω *intacta* vt *infracta*. idq; verbi & pro valde frangere,& pro non frãgere vſurpatur. Duo deterruere Valentem ab ingreſſu Galliç Narbonenſis, Maturi monitus, & comitũ fides metu circumiacentiũ populorũ tacta titubanſq;. *nã circũiectas ciuitates procurator Valerius Paulus ſtrenuus militiæ, & Veſpaſiano ante fortunam amicus, in verba eius adegerat*. nec diu Valentis comites deſtinata diſſimulauerunt. *Fabius Valens cum quatuor ſpeculatoribus, & tribus amicis, totidemque centurionibus ad naues regreditur maturè: cæteriſque remanere*. Potuit ergo Pichena, & ſi qui alii ab emendationibus deſtitiſſe.

Seru. ad lib. 12. AEneid.

R*Egreditur maturè: cæteriſque remanere.* Valens à pleriſque ſuorum deſertus cito cum paucis ad naues regreditur: cęteri (inter quos Maturus) Veſpaſiani partes induerunt. Doctiſſ. vir ſic legit. *regreditur. Maturo cæteriſque remanere*. putem adductum coniunctione *cæteriſque*. Sed aliquando magnificentiæ gratia non dedecet vti. παραπληρωματικοῖς συνδέσμοις.

Pag.

Pag. 187.

ET *certiora de Muciano ſperabantur.* Videbatur Antonius appetens nouarũ rerum, nec amplius Veſpaſiano fidus: quæ ſuſpitio inde orta quod milites imperio regeret ambitioſo. *vt ſuas legiones colere omnibus dictis, factiſque viam ſibi ad potentiam ſtruere*, qua etiam de cauſſa Piſo reus maieſtatis factus eſt. *Et rerum nouarum ſtudio Piſonem vulgus militum per licentiam & ſociorum iniurias eò vſque corrupiſſe, vt parens legionum à deterrimis appellaretur.* Tacit. lib. 3. ann. Nectebant igitur moras nonnulli ex ducibus metuentes, vt ſequi Antonium eſſet perfidiæ conſcientiam ſubire: At Mucianum expectabant, de cuius fide non ſuſpicabantur. Scriptũ eſt *certiora* quod qui prǫſentia ſpe futurorum faſtidio habẽt, incerta præ certis ſequi videntur. *incerta præ certis bellum quam pacem malebant.* Saluſt. Catil. vel duces ob Antonii faſtum, & impotentiam ǫgre eũ ſequebantur *quippe nimius iam Antonius.* prǫſertim quod nec magni iam facerent ea quǫ ſibi Antonius indulgebat, nam certiora & firmiora ſperabant à Muciano quippe qui dux primarius erat, & credebatur acta Primi pro irritis habiturus. At propius vero accedemus

demus, ſi dicamus duces expectaſſe Mucianum vt eius iuſſa ſine hæſitatione exequerentur. Nam is abſens ita ſe gerebat. *vt ex euentu rerum aduerſa abnueret, vel proſpera agnoſceret.* Verum vir doctiſſimus mauult *rectiora* quaſi dicta ſint, de virtutibus Muciani in comparationē vitiorum Primi. verum de Licinio iam legi *palam laudares ſecreta male audiebant.*

Pag. 189.

QVin Cæſarem ſe dici voluit. Recuſauerat

Tacit. lib. 2. hiſt. ante. *præmiſit in vrbem edictum, quo vocabulum Auguſti diferret, Cæſaris non reciperet.*

C. VIII. Aduerſatur Suetonius. *Germanici cognomen delatum ab vniuerſis cupide recepit, Auguſti diſtulit, Cæſaris in perpetuum recuſauit.*

Lib. 1. annal. ad ea c. Nauum Cæſari. non iterabo iam mihi dicta.

Pag. 190.

NE victos quidem laturos. De integritate loci non eſt quod tria verba commutē cum doctiſſimo viro. At eius ſententiā non omnino amplector. nam qui *non tantā Veſpaſiano ſuperbiam.* ad magnanimitatem referri poſſunt: de qua paulopoſt. *niſi forte Veſpaſianus altiores ſpiritus gerat.* μετεωρῶν Vitellius

tellius oppugnatur,& à pactis deterretur.ſit igitur ſuperbus ille, qui principem imperio exutum patitur vitam degere priuatã, quaſi quotidie eum triumphare deſideret. Non eſt(inquiunt)adeo ſuperbus Veſpaſianus vt ad oſtentationem luce te frui patiatur, ſed miſeratione(perire enim, & occidere. *æque apud bonos miſerum eſt)* tibi adimet vitam. Tacit.lib.1.hiſt.
Dices nec ſuperbus nec miſericors eſt: eſto, ſed tui tanto culmine deiecti miſereſcent tui victi milites, bellumq; reparabunt:quæ res neceſſe Veſpaſianũ in tui perniciẽ ſollicitabit.Migrẽt igitur caſtigationes,&attendat lector quã apte ſequatur *ita periculũ ex miſericordia.* Et *moriendũ victis, moriendũ deditis.*

Pag. 192.

QVibus armorum cauſsis? quo tanta cladis pretio ſtetit? pro patria bellauimus. emendent alii,nos interpretationi vulgatorum inſeruiamus.Tacitus inſurgit aduerſus Capitolii temeratores. *quibus armorum cauſsis?* iniuſtis ſcilicet Capitolium cõflagrauit. *quo tanta cladis pretio ſtetit?* propugnatio, & conſeruatio capitolii aduerſus Gallos, & Porſenam nihil eſt ſi cum huiuſmodi clade comparetur. *pro patria bellauimus.* vt illud.

LL 2 Fuimus

Virg. lib. 2. Aeneid. *Fuimus Troes fuit Ilium, &c.*
Non amplius pro patria pugnamus; ſed eius perniciem tantum in votis habemus.

Pag. 193.

D*iremta belli commercia*. Haud immerito vir doctiſſimis Rhenanum carpit, vnde habemus *diremta bellico cōmercia*. noſter enim prę oculis habuit, quæ Magus, & quę AEneas contrà reddidit.

Lib. 10. AEneid. Mag. . . . . *Non hic victoria Teucrum*
Vertitur haud anima vna dabit diſcrimina tāta
AEn. *belli commercia Turnus*
Suſtulit iſta prior iam tum Pallante perēto.

Confer cum his. *eximi ſupremo certamini vnū diem poſtulabant, &c. reſcriptum Sabini cade, & incendio capitolij diremta belli commercia.*

Lib. 1. annal. *Abditi in tabernis.* Optima, quod, ea nonnūquam Tacitus ſcribat, quę ſoloeciſmum ſapere videntu r. *Et ſi vellet imperium promtas oſtentauere.* ſermo de veteranis eſt, & maluit *promtas*. reſpiciens ad legiones, quam *promtos* quod iam per criticos à libris exulabat. nec Terētius abſtinuit à ſimili imparilitate.

Andr. *Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?*

Vide Dionyſ. ad Amm. i. populus autem ſyracuſanorum multum inter ſe contēdebant. nec Thucydides. τῶν δὲ συρακουσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν.

AD

Ad hanc faciē quoq;, iā dicto *populus* annectit *abditi* par erat enim, vt plebs formidoloſa fugiētibus ad ſe militibus tabernas peteret aut iiſdē aduerſarios in domos compellentibus ſequeretur, & clauſos erui iugularique poſtularet, quo præda ipſa potiretur, quod ſequentia ſatis probant. *parte maiore prædæ potiebantur*. ſed ſic diſtinguēda ſunt. *aderat pugnantibus ſpectator populus, vtque in ludicro certamine hos modo, rurſus illos clamore, & plauſu fouebat: quoties pars altera inclinaſſet abditi in tabernis: aut ſi quam.*

(:)

AD LIB. QVARTVM HISTOR.

Pag. 195.

E*T fortuna captæ vrbis*. Roma à Flauianis expugnatur, non vt omnia agerēt, & ferrent, ſed vt vrbs tantum ſeruitio Vitellianorum eximeretur. *Vrbem ſenatui ac populo Romano, templa Dijs reddita*. Verum victoriæ temperare dum nequeunt, adeo per vrbem graſſati ſunt, vt ea videretur ab hoſtibus capta, non à ciuibus recepta eiuſmodique clades & fortunas pertuliſſe. *Fortuna captæ vrbis*. non *forma captæ vrbis*. vt Vertranius doctiſſimo viro applaudente.

Tacit.lib.3.hiſt.

ex

ex victore ſpecioſiſſimo inſidijs Haſdrubalis, et Xantippi Lacedemonij ducis ad miſerabilem captiui fortunam deductum. Valer. lib. 1. de vlt. Deorum

Pag. 196.

S*E D in Sarmatas expeditio fingebatur.* Hęc non mediocriter ſollicitauere Pichenā virum doctrinæ minime vulgaris quaſi nunquam expeditio Muciano in Sarmatas fuerit: quodque non facile credat triumphalia inſignia permitti in ſpem futuræ victoriæ. quid ſi reſpectum ſit ad repulſionem Dacorum. *Mota & Dacorum gens numquam fida tunc ſine metu abducto è Mœſia exercitu &c. iamque caſtra legionum excindere parabant ni Mucianus ſextam legionem oppoſuiſſet. &c. affuit vt ſæpe alias fortuna populi Romani, quæ Mucianum vireſq; orientis illuc tulit.* De qua etiam Primus. *neque officere gloriæ eorum, qui Aſiam interim compoſuerint illis Mœſiæ pacē.* At Daci alii à Sarmatis. non inficior, verum Cistoboci Ptolemęo ſunt inter Dacos, quos Capitolin⁹ & Marcellin⁹ Sarmatis aſcribūt. Tacit. lib. 3. hiſt. Dicto libro. Lib. 3.

Pag. 196.

V*T Honorificam in bonum principem* τι· *vt* (vt emendationes declinemus)

veri-

Tacit. in agricol. veritatis nota eſt. *Monam inſulam vt vires rebellibus miniſtrantem aggreſſus*. de qua alibi *igitur Monam inſulam incolis validam, & receptaculum perfugarum*. Et idem eſt ac ſi ſcripſiſſet *honorificam in bonum principem*. Sententia verò Heluidii fuere laudes adulationis expertes, quæ bonum principem Senatus decerent, & quæ à Priſco effundi par erat qui *è moribus ſoceri nihil æque ac libertatem hauſit*. At à Veſpaſiano ægre acceptæ ſunt, qui licet *ciuilia de ſe & republica* tamen *vt princeps loquebatur*. ſenſit aliter Suetonius de Priſco, ſed Cornelius eiuſmodi virorum præcipuus eſt fautor. verum Pichena cauſas offenſionis eas fuiſſe putat, quæ poſt à Cornelio recenſentur: nempe eius ſententiam ſuper legatione, ſuper prætorum poſtulatione ſuperque capitolii reſtitutione. Diſſentio. qui enim verũ eſſet? *falſa aberant & ſtudijs ſenatus attollebantur*. de legatione enim ſcribitur *vicit pars quæ ſortiri legatos malebat, etiã medijs patrum annitentibus retinere morem*. de poſtulatione *Vulcatius Tertullinus Tribunus plebis interceſſit, ne quid ſuper tanta re principe abſente ſtatueretur*. Itaque incertum placitura ſenatui fuiſſet nec ne Criſpi ſententia. De reſtitutione. *eam ſententiam modeſtiſſimus quiſ-*

Lib. 14. ann.

n Veſpaſ. ca. 15.

quiſque ſilentio deinde obliuio tranſmiſit.

R*Egiones Italiæ Tarracinæ municipio. re*gio πολύσημον eſt & inter cætera idem cum Prouincia. *hinc in regionē Mediæ tranſijt vbi ſupplementum nouorum militum, è Cilicia occurrit.* Quid ergo addemus? *ſeptima.* Quid (velut Pichena) reformamus? *Heluidius Priſcus igitur natus Tarracinæ municipio.* Q. Curt. lib. v.

Pag. 197.

F*Vere qui, & meminiſſent.* cenſere Capitolium publicè reſtituendum, Veſpaſianumque adiuuare, quid aliud eſt, quæſo, quam principem in ordinem redigere? quæ Heluidii ſeutentia delatoribus non excidit, ſed eam arrepta occaſione Veſpaſiano retulerunt, vnde poſtea nonnullis additis cædes Priſci. Quid autē Pichena ſibi velit ego nondum aſſequor, niſi ſubfrigidum aliquid tali viro affingere ſuſtineamus. Suet. Veſpaſ. ca. 15

C*Orruptorque amicitiæ cuius ſe magiſtrum ferebat* γενικῶς vt philoſophus. integra ſunt, nec de via decedere debent coniecturis doctiſſimi viri. non damno tamen *corruptor amici, & cuius ſe magiſtrum ferebat*: namre

vera Celer magiſter erat & amicus Sorani.

Iuuen.Satir. 3.

Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Diſcipulumque ſenex.

Sed nec alibi Tacitus, eum fuiſſe magiſtrum Sorani dicit. *tantum ira P. Egnatius conciuit, cliens hic Sorani, & tunc emptus ad opprimendum amicũ, authoritatem ſtoicæ ſectæ præferebat* Cuius integrum nomen P. Egnatius Celer. poſſunt hęc etiam miſſis caſtigationibus adaptari ad ſenſum doctiſſimi viri. *amicitia* pro *amico*, τὸ πρωτότυπον ἀντὶ τοῦ παραγώγου

Lib. 16. annal.

i. primitiuum pro deriuatiuo.

vt *igitur contumaciam eius inſectari vetus Auguſtæ odium recentem Liuiæ conſcientiã exagitare, vt ſuperbiam fecunditate ſubnixam, popularibus ſtudijs inhiare dominationi apud Cæſarẽ argueret.* Et vt, *ſibi conceſſam dictitans nobilitatem pulcritudinem*. Non diuerſa ſunt quę ſequuntur.

Tacit. lib. 3. ann.

Alcæus

j. Duxit. & Xerſes Perſam exercitũ.

ἄγαγε καὶ ξέρξης πέρσαν στρατόν.

Virg. li. 8. AEneid.

At vos, O, ſuperi, & Diuum tu maxime
rector
Iupiter Arcadij quæſo miſereſcite regis

Propertius.

Vos eritis teſtes, ſi quos habet arbor amores
Fagus & Arcadio pinus amata Deo.

Calc-

C*Æterique motis adulationibus animis.* Muſonius patres in Celerem accendebat, laudans eos (vt reor) quod ſemper à delationibus abſtinuiſſent, & ſemper accuſatores auerſati ſint: Idque ei proceſſit, nam licet eo cadente Priſcus & Marcellus expectarentur, indeque agmen reorum. *nam ſi caderet Marcellus agmen reorum ſternebatur*, eaque de cauſſa patres in ſtudia olim diducti ſint. *ſenatum in ſtudia diduxerat*. & nunc aliquantum retardarentur *ea cognitione renouari odia accuſationum videbantur*, tamen *motis adulationibus animis* Et quia *vilis & nocẽs reus protegi nõ poterat*. Celer poſtero die damnatus eſt. *damnatuſque P. ublius, & Sorani manibus ſatisfactum*. Eandem viam affectauit Heluidius cum iterum in Marcellum inueheretur, qui certe ſenatum in ſuam ſententiam traxiſſet ni Mucianus pro delatoribus cenſuiſſet. *igitur à laude Cluuij Ruſi orſus, qui perinde diues, & eloquentia clarus, nulli unquã ſub Nerone periculum faceſſiſſet, crimine ſimul exemploque Eprium vrgebat ardentibus patrum animis:* Doctiſſ. vir tamen maluit. *cæterique motis ad vltionem animis*.

MM 2 Pag.

Pag. 200.

SED *parum prouiſum ni copia.* Diruunt edificia, quæ caſtris adiacebant, ne inde facilius oppugnarentur: ſed nihil ea res aut parum promouerunt non vectis in caſtra comeatibus, qui ibidem erant *rapi permiſere.* Nam inde fames & deditio, *virgulta poſtremo & ſtirpes, & inter natas ſaxis herbas vellentes miſeriarum patientiaque documentum fuere, donec egregiam laudem fine turpi macularent.* Doctiſſimus vir *ſed parum prouiſum vt copia.* ſed vulgata (vt vides) exſibilanda non ſunt.

Pag. 201.

IMmenſis *actibus.* Atteſtatur ſagaciſſimus Pichena legi in Florentino *immenſis auctibus.* Interpretaturque de auxiliis Germanorum, quæ vndique ad Ciuilem confluebant. Vtrunque probo, nam alibi noſter. *ſed præcipuus, et cum præſenti exitio etiam futuri pauor ſubita inundatione Tiberis qui immenſo auctu.* Liuius *eam rem maximis ſemper auctibus creſcere,* Et ſequentia, *ſocietate nobiliſſimis obſidum firmata* aperte exigunt ſuperius de auxiliis actum fuiſſe.

Lib. 1. dec. 4.

Pag. 202.

N*Eue externa*. Id moris Tacito eſt, vt dicturus *bella externa* contentus ſit dixiſſe *externa* tantum. *remiſſum id munus ne inter diſcordias externa molirentur.* Et *poſito ciuili bello ad externa modeſtiores.* Poſſumus ergo facere gratiā de emēdatione doctiſſ. viro *neue externa arma falſis velaret.* At *armis falſis*. ideſt prætextu bellandi pro Veſpaſiano. Lib. 3. hiſt. L b. 4. hiſt.

Q*VI rurſus miſſos Noueſium frumentatores.* Etiam dum infirmo Ciuili ex equi lapſu ſecurum inceſſit agmen imbellium frumentatorū, quibus nondum reuerſis, alii Noueſium miſſi ſunt ab obſeſſis cum pręſidio cohortium, quod nimis de annona ſolliciti eſſent: ſed valido iam Ciuili, qui (milites per iter ſciens raros apud ſigna armaque in vehiculis) compoſitus huc & illuc vagos adoritur. Pugnatur anceps ad noctem prelium, quamobrcm cohortes cum vna ſecum miſſis frumentatoribus omiſſo Noueſio, quò ire iuſſi, Geldubam ſe conferunt. Non ſemel itaque miſſi ſunt frumentatores, priores & imbelles ſecuri Noueſium veniunt, ſed regredi non audebant. *non erat dubium quantum in regreſſu diſcriminis adeundum*

dum foret frumentatoribus onuſtis pauculiſque. Secunda miſſio præſidio cohortium firmata fruſtra fuit. Habes ſenſum quem punctis ſic adhibitis coactum non dices. *Qui rurſus miſſos Noueſium frumentatores, dataſque in præſidium cohortes velut multa pace ingredi accepit, rarum apud ſigna militem, arma in vehiculis: cunctos licentia vagos compoſitus inuadit.* Hinc nimis clarum, quàm hic ingratis ſe ſe intruſerint emendationes.

Pag. 205.

P*Lanctum, & lamentum.* An Senienſes laſciuiæ cauſſa iis ſimilia in Manlio luſere, quę Apuleius in Theſſalia paſſus eſt, dũ riſus anniuerſarius dies celebratur? certe enim hæc. *planctum & lamenta, & ſupremorũ imaginem præſenti ſibi circundata* luſum ſapiunt, quo ille viuus vt vita functus à Senienſi bus habitus ſit?

De Aſino aur.

Pag. 206.

Q*Vibus fauſta omnia.* ſi idem eſt ad hanc rem *omen* quod *nomen* cur emendamus? Idem autem eſſe docent ea, quæ vir doctiſſimus è Plauto tranſcripſit.

omina

Virg.

Virg. *Lucridi nomen in patria fuit.* Perſ.

To. *nomen atque omen quantiuis eſt pretij &c.*

Quibus enim eſt nomen fauſtum, iiſdem etiam omen eſſe fauſtum dici poteſt.

Pſ. Quid iſtic eſt. Ca. Charinus. Pſ. euge iam Plaut. Pſeud. 1 ſalue, omen.
χαῖρε, οἰωνὸν volo.

Pag. 207.

IN *tot malis hoſtium.* Mala quæ aduerſus me ab hoſtibus parantur. eritque nomē ancipiti ſignificatione. vt *vulnus.*

Et vulnere tardus Vlyſsi.

Cum diceret vulnus non quod accepiſſet Vlyſſes ſed quod dediſſet. Gell. lib. 1x. c. 18.

Sed quinam hi hoſtes? Claſſicus, Tutor, & cæteri Galli, quos paulo ante occultos appellat, *inter ambiguos milites, & occultos hoſtes.* qui poſt manifeſtam defectionem occulta expromunt, vincula ſcilicet, ſiue necem Voculę paciſcuntur. *Pignuſque tanti ſceleri nece aut vinculis legatorum daretur.*

Pag. 208.

IN*nexa ſigna.* Ideſt non nexa pilis vel coronis. quibus comebantur. Doctiſſ. vir ad lib. 15. ann.

Pag.

Pag. 209.

L*Vcem diemque*. Bene vulgo, quid τῷ *noctē* cum verbo *aperuit?* At naturam dicit eiuſmodi mortalibus aperuiſſe, reſpiciens ad ea, *nam ad hunc diem flumina, ac terras, & cælum quodammodo ipſum clauſerant Romani.* Cæterum *lucem diemque* Pleonaſmus eſt, vt nos doctè monitos voluit acutiſſimus Pichena.

Pag. 209.

A*Bruptis vectigalibus*. Id potius eſt *voluptatibus* quod hęſitanter Doctiſſimus vir hic induxit. Sed qui fit, vt Romani vectigalibus plus valeant aduerſum ſubiectos, quàm armis? his, victos ſuę ditionis tantum faciũt, illis exuunt bonis, ita vt impares oneribus ferendis veneant in ſeruitutem quod paulum abfuit, quin cunctis Friſiis eueniret. *ac primo boues ipſos, mox agros, poſtremò corpora coniugum, aut liberorum ſeruitio tradebant*. Sic armis vincunt qui rebellare aliquando valent: quos deinde vectigalibus adeò conterunt, vt vires, & cogitationes deſciſcendi penitus amittant. Dices Friſios auariſſime habitos iniurias tamen vltum iſſe.

Tacit. lib. 4. ann.

Cla-

Clarum inde inter Germanos Friſium nomen diſsimulante Tiberio damna. At ego tibi occi- Idem.ibid.
nam vulgatum illud.

οὔ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς. i.non eſt cuiuſque nauigare Corinthum.

Et ii remedium in principio mali à deſperatione ſumſere. vel ſimplicius, pecunia neruus eſt bellorum Tacit.lib.2.hiſt. *ſed nihil æque fatigabat. quã pecuniarum conquiſitio eos eſſe belli ciuilis neruos dictitans*. eaque Romani victos ita per vectigalia ſpoliabant, vt vnquam reparare bellum nequirent, quod armis tantum victi redintegrare potuiſſent.

Pag. 210.

N*Equaquam egregij Duces*. Annius, & Cerialis non ita egregii Duces erant vt iis ſatis tuto bellum delegaretur aduerſus Galliæ Germanięque cõſpirationem. At cur eos Mucianus elegit? nondum audierat quę poſtea reſciuit. *At Roma cuncta in deterius audita Mucianũ angebant.* Hęc autẽ Muciani ęſtimatio de Annio deq; Ceriali, facta fuit recta lance: Quid enim aliud in Annio laudatur quam maturitas? *authoritatem Paullini, vigorem Celſi, maturitatem Galli, vt cuiq; erat criminando.* Tacit.lib.1.hiſt. Quę profecto deſpectui non eſt

NN ha-

habenda ſed neque par videtur ſummæ huius grauiſſimi belli, cui (ſi alia non prçſtaret) non ſatis ille fuiſſet.

Virg. lib. 6. Æneid. *Vnus qui nobis cunctando reſtituis rem*

Cerialis geſta quando pulchrè procedebat, ſępius erant imputanda fortunæ, *Cerialis vt incuria propè rem afflixit, ita cōſtantia reſtituit.* Et *ipſe pugnæ auidus & contemnendis, quam cauendis hoſtibus melior.* Addas *ſanè Cerialis parum temporis ad exequenda imperia dabat, ſubitus conſilijs ſed euentu clarus. Aderat fortuna etiam vbi artes defuiſſent.* Cęterum Cornelius depræhenditur in diſſidio manifeſto. *ſed vbi cum cætero orbe Veſpaſianus, et Britanniā reciperauit. Magni duces egregij exercitus, minuta hoſtium ſpes & terrorem ſtatim intulit Petilius Cerialis, Brigantum ciuitatem quæ numeroſiſſima totius prouinciæ perhibetur aggreſſus. Multa prælia, & aliquando non incruenta, magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus, aut bello.* concilio, magnus Dux Cerialis in comparationem deceſſorum, & bello cum hoc nequaquam comparando, vel eruditus proſperis, & aduerſis huius belli poſtea clarus, & magnus habitus eſt. At doctiſſ. vir, Mercerus & Pichena varie corrigunt,

In Agric.

gunt, nefas rati ſi Gallus, & Cerialis inter gregarios duces recenſerentur.

Pag. 210.

P*Eriuriaque iactantibus.* Doctiſſ. vir verbis Manutii *periurgia.* Eam coniecturam (bona venditoris gratia) titiuilitio non emerim. quiſque id proferebat quo rebatur ſe valere ad obtinendum principatum; pars ſe eo dignos ducebant, quod multis fœderibus eſſent muniti, plerique recenſebant vires & opes. Nonnulli originis vetuſtatem. Quidam rebelliones aduerſus Romanos, quaſi merito princeps ille populus eſſe deberet, qui aduerſus Romanos non ſemel fœdifragus miſericordiam penitus conſumſiſſet. Hæc vltima certe apud Germanos potentiam inprimis cōciliabant: quænam enim alia de cauſſa Ciuilis gloriabatur maiores ſuos hoſtes populi Romani fuiſſe? *ipſe e maioribus ſuis hoſtis populi Romani quam ſocius iactabat.* ſed eadem pura puta Brinio in Ducem aſcitus eſt. *igitur ipſo rebellis familia nomine placuit impoſituſque ſcuto more gentis & ſuſtinentium humeris vibratus dux diligitur.* hęc mihi præiuit Lazarus Superantius patricius Venetus, quem nunc nuper magno litera-

rum detrimento luxi lugeoque φίλτατος enim ἑταῖρον erat.is multa,& egregia ſcripſit,quibus longum viuet.Placide quieſcat, & nos *ab infirmo deſiderio,& muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum ſuarum* uocet *quas neque lugeri,neque plangi fas eſt.* Cæterum amici memoriam uenerantes, ſerio cauebimus, ne quis in nos merito iaciat.

Soph. Aiac. maſtigoph.

φεῦ φεῦ τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς
χάρις διαῤῥεῖ, καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται.

i. Heu heu vt cita apud homines gratia mortuorum defluit,& mentita deprehenditur.

Pag.211.

Lib. 16. ann.

C*Erialis à metu infamiæ.* Proba hęc ſunt, nec Tacito inſolentia, *plerique Veſtini quoque conſulis acre ingenium vitauiſſe Piſonē crediderunt,ne à libertate moueretur* . Adde cū *denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille vultus,& rubor à quo ſe contra pudorem muniebat.* Nempe quo rubore ſemper coloratus, numquam dignoſci poterat an eum aliquid puderet.Immanem belluam,qui nihilominus uerecundiam ſibi uendicabat. *commēdari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, vt apud ſenatum ſic quondam iactauerit vſque ad huc certe animum meum probaſtis,et vultū.* Liberius certe Caligula. *nihil magis in natura ſua laudare ſe, ac probare dicebat. quam vt*

Idem in Agric.

Suet. c. 18.

Idem c. 29.

ipſius

ipſius verbo vtar, ἀδιατρεψίαν *hoc eſt inuerecundiam.*

Pag 212.

Q*Vamquam nuntios occultarent.* caſtigationibus parcendum erat. Nuntius enim aliquando pro re quæ nuntiatur.

Nec mihi poſtilla metuebam talia verba, Catullus in Arriũ.
Quum ſubito adfertur Nuntius horribilis.

Nuntiatum mihi C. Fannium deceſſiſſe, qui Plinius li. 5. epiſt. v. *nuntius graui me dolore confudit* noſter *proſperos rerum in Treueris geſtarum nuntios accepere.* Verum qui nam ſunt iſti qui famam occiſi Veſpaſiani ſupprimere dicuntur? Iidem cum illis. quos Ciuilis, & Claſſicus appellãt. *vana, & ſine viribus nomina*. Nimirum Domitianus, ac Mucianus quibus id affingitur vt facile ad imponendum: ſolitum eſt enim iis qui in imperium non ſuum ſe ſe intrudunt. En Liuia *lætique interdum nuntij vulgantur. donec prouiſis quæ tempus monebat ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem eadem fama tulit.* Tacit. lib. 1. ann. En Agrippina *vocabatur interim ſenatus, votaque pro incolumitate principis* Idem lib. 12. ann.

pis conſules & ſacerdotes nuncupabant, cum iã exanimis veſtibus, & fomentis obtegeretur, dum res firmando Neronis imperio componuntur.

F*Lagrantiſſima cohortium ſuarum integra manu, & è Chaucis Friſijſque compoſita.* Quid hic non recte dictum? Chaucorum, &c. Friſiorum multi euaſere cum Ciuili, quos ante propriis cuneis compoſitos, nunc numero minuto in vnum miſcuit: diſponebãt enim barbari quaſque gentes ſeparatim. *Caninefates Friſios, Batauos proprijs cuneis componunt.* Eadem de Chaucis dicenda ſunt; qui inter auxilia Ciuilis. *Ciuili Chaucorum auxilia venere.* qui per ſe gens magna & valida. *Ac primo ſtatim Chaucorum gens quanquam incipiat à Friſijs ac partem litoris occupet, omnium quos expoſui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos vſque ſinuetur, tam immenſum terrarum ſpatium non tenent tantum Chauci ſed & implẽt.* Doctiſſ. autẽ vir legit. *flagrantiſſima cohortium ſuarum integra manente, è Chaucis.* Nonne inualidum Ciuilem facimus cum vna tantũ cohorte? idque Tacito reclamante? *namq; & Ciuilis illuc intenderat non inualidus. &c.* at victus fuit, non inficior. verũ non profligatus. *Sed obſtitit vincentibus prauum in*

Tacit. lib. 3. hiſt.

Idem ibidem.

Idem de morib. Germ.

ter

ter ipſos certamen hoſte omiſſo ſpolia conſectandi ſit ergo *manu integra* plus vna cohorte.

Infanda per Orbem
Supplicia, & ſcelerũ pœnas expedimus omnes. Virg. lib. 1. Aeneid.
Vel Priamo miſeranda manus.

Pag. 214.

QVA cogitatione bellum aduerſus patrem cogitauerit. Vide quid guſtus diuerſitas faciat: Doctiſſ. viro hæc ſpurca videntur, mihi candida, & intemerata ſunt.

To. *Faciam vt mei memineris dum vita viuas.* Plat. Perſ.
Sagar. *Cum hoc donauiſti dono tuum ſeruum;* Idem Stich.
Medic. *Ita ego illum cura magna curabo tibi.* Idem Menęch.

Cuius diſparem mitioremque naturam contrà interpretabatur. Multa ſimulabat Domitianus auertendæ ſuſpicioni Regni à ſe affectati. Idque faciebat metu fratris, cuius mitiſſimam naturam ad tempus aſſumtam putabat, mortuoque patre in ſui perniciem erupturam. Sed quam falſus animi ſit, arguunt eius facinora vel Tito rerum habenas moderante. *Fratrem inſidiari ſibi non deſinentem,*

Suet. in. Tit. *ſed pene ex profeſſo ſollicitantem exercitus, meditantem fugas nec occidere nec ſeponere ac ne in minore quidem honore habere ſuſtinuit: ſed à primo imperij die conſortem ſucceſſoremque teſtari perſeuerauit. Nonnunquam ſecreto lacrymis, & precibus orans, vt tandem mutuo erga ſe animo eſſe vellet.*

(:)

AD

AD
LIB· QVINTVM HISTOR·

Pag. 219.

ET *Prælìantis vtriuſq; rebus.* Sic vulgati codices: at *priuatis vtriuſq; rebus* Quod Vertranius, & Doctiſſ. vir amplexi ſunt, à Beato fluxit. Verum nihilo magis priora deletum eo, immo ſic interpretor. Titus militia clarus euaſit, dum ſimul cum patre bellum gerit aduerſus Iudæos. Erat enim inter eius legatos. *Atque inter legatos maiore filio aſſumto,* Ibique præter alia. *Taricheã, & Gamalam vrbes validiſſimas Iudeæ in poteſtatem redegit.* Quibus aſtipulatur Ioſephus. Suet. c.4. Idem c.4.

Lib.4.c.4. Antiquit.

Tacit.lib. 14. cum iis quęinos ibi

ex

Cęterum nec alio in loco religio Tacito fuit dicere ἀκυρω· *præliari* pro *bellare*. audi *ſimul in vrbem mandabat nullum prælio finem reſpectarent niſi ſuccederetur Suetonio*.

ATque ipſe, vt ſuperior ſui iam crederetur. Scorſum ſentio à Doctiſſ. viro, qui hęc reformat ad hunc modũ *atq; ipſe vt ſuper fortunã*. At ſuperare ſe ipsũ tunc aliquẽ dicimus, cũ nos ex iam dictis hyperbole fere deficit. Sic Socrates de ambitioſis Reipublicæ adminiſtrationibus ἵν' αὐτὸς αὐτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν Sic de Craſſo *tamen omnium conſenſu ſic eſſe tum iudicatum: cæteros à Craſſo ſemper omnes, illo autem die etiam ipſum à ſe ſuperatum*. Quibus (ſi placet) annecte. *poſtremo ſuaſmet ipſe ſpes anteire parat*.

Apud.Plat. Alcibiad.2. i.vt is ſuperior ſe ipſo ſit.

Cic.li.3.de orat.

Tacit.lib. 3.ann.

SOlymos carminibus Homeri. Ab iis diſſentio, qui ſacram gentem ab Homero deſignari putant: quo enim pacto teſtimoniũ clariſſimi poetarum Ioſephus præteriiſſet? qui alias anxie minima quæq; perſequitur quibus aſſerat ſuæ gentis antiquitatem, quique non ignorauit eos Homeri verſus.

Lib.7.c.3. antiquit. Iliad.lib.6. i ſecundo ſolymis pugnarit cum gloriolis fortiſſimam

δεύτερον αὖ σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλίμοισι,
καρτίστη δὴ τά ἰδε μάχην φάτο δύμεναι ἀνδρῶν.

Agit

Agit ibi Glaucus de Bellerophonte à Lyciæ rege periculis obiecto: quem par eſt credere cum finitimis pugnaſſe, qui Milyę, alias Solymi dicebantur τὴν γὰρ νῦν λύκιοι νέμονται αὕτη τὸ παλαιὸν ἦν μιλυὰς, οἱ δὲ μιλυαὶ τότε σόλυμοι ἐκαλέοντο Iudæis tamen non inuideo hanc laudem, quos pugnaces melior Homerus dicit, melioreque afflatus ſpiritu ſed falſis inniti nec pro veritate ſatis decet.

que hanc pugnam dixit iniſſe virorũ.

Herodot. lib 1. i. Quam nunc incolunt lycii antiquitus ea Milyas erat, Milyæ vero tũc ſolymi vocabantur.

SED ſibimet, vt Duci cœleſti crederent primo cuius auxilio credentes præſentes miſerias pepuliſſent. Hęc Moſis verba inuitis Hebręorum calumniatoribus, referri poſſunt ad maris diuiſionem paulo ante factã, qua Iudęi vim regis AEgiptiorum mirabiliter euaſere: itaque memoria prioris beneficii eos reuocat à deſperatione & vrget vt quouis gentium ſeſe alacriter ſequantur ſed *primo* aduerbium ſit. vel *pepuliſſent* in futurum exemplo Virgilii.

Eripui (fateor) me letho, & vincula rupi Lib. 2. AEneid.
Limoſoque lacu per noctem obſcurus in vlua
Delitui, dum vela darent. ſi forte dediſſent.

Eadem Plautus

Ag. *Poteſne mihi auſcultare* Mi. *poſſum.* Ag. Pœn.
domum abi, ac ſuſpende te,

Mi. *Quamobrem? Ag: quia numquam audibis verba tot tam ſuauia,*

Quid tibi opu' St. vixiſſe, auſculta mihi modo ac ſuſpende te.

Agite (ait) ſpem mittite quam de hominibus deque Diis concepiſtis, mihique vt Duci cæleſti morem gerite, qui primus auxiliũ vobis polliceor, cuique ſi fidem habebitis dubio procul miſerias propelletis, quæ nũc vobis impendent.

Pag. 216.

De morib. Germa

N*AM necare quemquam ex agnatis.* τ*ò agnati*. Hic, & alibi pro *filijs* vt *prognatus.*

Plaut. Epidic.

. . . . . *Epid. Tum ille prognatus Theti.*

Sine perdat, alia apportabunt ei Nerei filiæ.

Nec nimis remota eſt hæc ſignificatio à verbo *agnoſcor*. Quod apud iuriſconſ. amplecti

Cic pro Cæcin.

tur filios vel nepotes, qui poſt conditum teſtamentum naſcuntur.

Iohann. c. 19. Et ibi Toletus. Herodot Euterpe. i. Sic diligẽtiſſime condiunt. Tacit. li. 16. ann

C*Orpora condere*. Cum magna copia Aromatum. is eſt enim mos hebræorum. at AEgiptii condiebant quod Græci *ταριχεύειν dicunt ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι* hinc in Pop-

pçæ

pææ ſepultura.*corpus non igni abolitum(vt Romanus mos)ſed regum externorum conſuetudine differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum infertur.*Cur autem Perſę igni cadauera non traderent epigramma ſatis docet. Lib. 3. Antholog. Dioſcoridis

εὐφράτην μὴ καῦσε φιλώνυμε, μηδὲ μιήνῃς
πῦρ ἐπ' ἐμοί, πέρσης εἰμὶ, καὶ ἐκ πατέρων
πέρσης αὐθογενὴς, ναὶ δέσποτα, πῦρ δὲ μιῆναι
ἧμιν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου

i. Euphratē ne crema Philonyme neque polluas ignem meo cadauere, Perſa ſum etiam à parentibus Perſa indigena, certe domine, ignem vero fœdare nobis acerba acerbius eſt morte.

H*Ieroſolyma genti caput.* impie nugatur Lyſimachus de huiuſmodi nominis ſignificatu *& fanis compilatis, ac incenſis veniſſe in eam, quæ nunc Iudæa dicitur. conditaque ciuitate hic habitare, vrbem vero* ἱερόσυλα *ex minata aliquanto autem poſt iam auctos vi mutaſſe nomen vitandi probri gratia, & Hieroſolymã, ſe ipſos Hieroſolymos voc.* Apud Ioſeph. li. 1. aduerſus Appionē Candidius Clearchus qui interpretatus i.. eſt.*nomen vero eorum ciuitatis valde difficile eſt.vocant enim eam nomine Ierúſalem.*Id a nominis nonnulli inditum volunt ad terrorem finitimis incutiendum:quaſi timete ciuitatem ſalem:verum mihi veriora canit eccleſia. Rabb. Abraham Benezra c. 7. Cantic. canticorũ.

Vrbs beata Ieruſalem
dicta pacis viſio.

Quod rite hoc vocabuli conflari poſſit in au... num.
(quic-

Epiſt. ad Hebræos cap. 7. (quicquid Mercerus dicat) ex יראו & שלם ideſt *videbitis pacem*. Paulus enim ſic *deinde autem, & Rex ſalem. quod eſt rex pacis.* Quam

Lib. 7. antiquit. c. 3. vero diuerſus ab aliis Ioſephus, qui à Dauide (vnde ei muri circundati ſunt) Hieroſolyma dictā putat, quæ prius Solyma tantū vocabatur. *Hieron vero hebræa lingua munitio eſt.*

Pag. 216.

ET primis munimentis vrbs de iugis, templum intimis clauſum. Multa ad hæc Rudolphus Agricola, doctiſſ. vir, & Mercerus, ſed non abſque caſtigatione: me vero iuuat, qualemcumque ſenſum elicere ex vulgatis, quem vero numquam me hauſiſſe negauerim ex ſermonibus Stephani Buroni patricii Genuenſis viri vndequaque doctiſſimi in quem illud optime conuenit ...... ὁ μάλα πολλὰ πλάγχθη veterem enim & nouum orbem, non ſemel peragrauit: indeque ſibi omnigenam virtutis penum comparauit. Ieruſalem vero μεταφορικῶς dicitur *deiugis* ideſt diſcreta à

Nonius. Idem. Tacit. *deiugo* ſiue diſparata. ſic à *ſeiugo, boues ſeiuges*: erat enim duobus in collibus ſita *nam duos colles immenſum editos claudebant muri partē obliqui*. Valle quę Tyropoeon appellabatur

Ioſeph. lib. 6. ca. 6. intercedente, *vallis autem quæ Tyropoeon appella-*

pellatur,qua diximus ſuperioris ciuitatis collem dirimi ab inferiori. Qua de re apud hebræos dualiter effertur ירושלם Cæterū tres in partes erat diuiſa,& unicuique ſua munimenta *nā duos colles immenſum editos claudebant muri per artē obliqui:aut introrſus ſinuati,vt latera oppugnantiū ad ictus pateſcerent. extrema rupis abrupta.et turres vbi mons iuuiſſet in ſexaginta pedes:inter deuexa in centenos vicenoſq; attollebantur.mira ſpecie,ac procul intuentibus pares, alia intus mœnia Regiæ circumiecta, conſpicuoq; faſtigio turris Antonia in honorem M.Antonij appellata,templum in modum Arcis, proprijq; muri,labore et opere ante alios.*Prima ergo munimenta reſpectu aliorum : Prima enim caſtellum Dauidis,ſecūda Acra dicebantur, in tima uerò quę templo circundata ſunt.*extrema,& latiſſima mœnia Simon:mediam vrbem Iohannes quem et Bargioram vocabant:templū Eleazarus firmauerat.*

Mercerus in ann. ad Pagninum.

Tacit.cui aſtipulatur Ioſephus dicto ca. 6.

Ioſeph. d. ca.

Tacit.

Pag. 217.

QVem Bargioram.Optima co[r]rectio, male vulgati *Barbagioram*.Id que iis clarum qui modo primis labiis hebręa delibarunt.ſed qui Iohannes is dicitur Bargiorę ſiue Giorę filius?qui Giſcalenus,& filius Leuię?

Ioſeph. lib. 2. c. 26. & 14. c. 4. & 5. belli Iudaici.

hæc

Idem lib. 5. c. 7. & ca. 9. & lib. 6. cap. 1. belli Iudaici. hæc verba. *quę Bargioram vocabant*. continuanda ſunt cum illis. *Simon*. Nam is vere filius Giorę.

Pag. 218.

NEC *Ciuilis ſilentem*. Romani dicta ducis clamore proſequuti ſunt, Germani tripudiis ſonoque armorum, quod apud eos in vſu. *honoratiſsimum aßenſus genus armis laudare*. quodque hic (ut ea uerba ſignificant: *nec Ciuilis ſilentē*) factū eſt. *vbi ſono armorum tripudijſq; (ita illis mos) approbata ſunt* Tacit. de moribus Germ.

Cęterū *nec ſilentem*. Reſpicit ad quemuis ſonitum, ſiue ſtrepitum.

Virg. li. 1. AEneid. . . . . . . *Quorum ſub vertice late*
Æquora tuta ſilent.

Idem lib. 9. *Somno vinoque ſoluti*
Procubuere, ſilent late loca, &c.

Idem lib. 4. *Cum tacet omnis ager.*

At Doctiſſ. viro potius viſū eſt *ſilēs* vel *ſilētio.*

Tacit. lib. 4. hiſt. S*Suam illic victoriā*. Nam victores *omiſsis telis prǣda manus impediūt*. Et ideo à Ceriale victi *terga victores vertere, ſed obſtitit prauū vincentibus inter ipſos certamen hoſte omiſſo ſpolia conſectandi*.

AD LIB. DE MORIB. GERMANORVM.

Pag.221.

M*OX à ſe ipſis inuento nomine.* Similia Perſæ licet alia de cauſſa. *hi paulatī per connubia Getulos ſibi miſcuere: & quia ſæpe tētantes agros alia deinde atque alia loca petiuerant, ſemet ipſi Numidas appellauere.* Salluſt Iugur. Nunc omiſſis interpolationibus, hanc reor fuiſſe Taciti mentem. Tungri (natio eius gentis quæ in vniuerſum poſtea Germanorum nomine dicta) irruperunt in Galliam, victiſque incolis, tantum iis metus incuſſere

vt nomine Tungrorum, Transrhenanos omnes deſignarent, qui aduerſus ſe flumen tranſirent. *à victore.* ideſt propter victorem, vt. *Cerialis à metu infamiæ, ſi licentia ſæuitiaq; imbuere militem crederetur.* Iidē poſt illa Tungri victoriis elati, ἀλαζονικῶς Germanos ſeſe dixerunt: hoc eſt (doctiſſ. vir ait) homines bellicoſos: quod vocabulum cæteræ nationes eius gentis paulatim ſibi vendicarunt. at Geographus aliter ſentit. διὸ δικαιά μοι δοκοῦσι ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσαι τοὔνομα ὡς ἂν γνησίους γαλάτας φράζειν βουλόμενοι. γνήσιοι γὰρ οἱ γερμανοὶ κατὰ τὴν ῥωμαίων διάλεκτον.

Tacit. 1 4 hiſt.

Lib. 7. i. Quapropter iis iure à Romanis id nominis inditum eſt, quaſi dicas veros Gallos: veri enim latine Germani dicuntur.

PEcuniam probant veterem. Quæ ſemper lectior noua: at id nominis me cōmonefacit quam ſubfrigidę hęc Plauti verba à Doctiſſimo Lambino accepta ſint.

Bacchid.

Sed Priamus hic multo illi præſtat, non quinquaginta modo,
Quadringentos filios habet, atque equidem omnes lectos ſint probo.

Iocus ex eo pendet quod Priamus non omnes illos quinquaginta filios ex iuſtis nuptiis procrearat.

Hom. lib. vlt. Iliad. i. Quinquaginta mihi erant quando venerunt filii

πεντήκοντά μοι ἦσαν ὅτ᾽ ἤλυθον υἷες ἀχαιῶν,
ἐννέα καὶ δέκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν,

τοὺς

τοὺς δ' ἄλλους μοὶ ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες.

Græcorum, noué & decé ex vno vtero.

At quinquaginta Priamus, quorum decem & ſeptem ex iuſta vxore nati ſunt. Non conſentiunt de numero legitimorũ, cauſſam de me ne petas: at in eodem diſſidio Euripides, apud quem ſic Hecuba ſuas miſerias deflet.

Cæteros mihi in domibus mulieres pepererunt. Cicero .lib.1.Tuſc.

ἡμεῖς δὲ πεντήκοντ' ἄμοιροι δὴ τέκνων.

Hecub. i.nos vero quinquaginta orbæ liberis.

Dicamus Hecubam vi doloris delenitam omnes quinquaginta falſo ſibi vendicaſſe. Virgilius verò non quinquaginta modo ſed centum Priamo fuiſſe ſcribit.

Vidi Hecubam centumque nurus.

Lib.2 AEneid.

Soluit Seruius, ſed moroſe. quid ſi centum oratorie, non latine?

Pag.222.

N*EC tanquam facerent deas*. Si interpreteris eas loco numinis habitas non eſſe, Cornelius minime ſibi conſtat. *Ineſſe quinetiam ſanctum aliquid & prouidum putant, nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt*. Et *vidimus ſub Diuo Veſpaſiano Velledam diu apud pleroſque loco numinis habitam*. Quid ergo dicendum? vere non adulatorie pro deabus habebantur: τὸ *facere*

enim de iis dictum, qui non veri dii vel ipſis cultoribus.

Iuuen. Saty. 10.

. ſed te
Nos fortuna deam facimus, cœloque locamus.

Poſtremum his Tacitus illos oblique perſtringit, qui ſe deos dici voluerunt, nec exempla procul erant petenda. Domitianus enim. *Cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam ſic cœpit: dominus, et deus noſter.*

Suet. c. 13.

D*EOrum maxime Mercurium colunt.* Idem iiſdem penè verbis à Cæſare Gallis attribuitur. *Deum maxime Mercuriũ colunt*. notat vir doctiſſ. Tacitum Cęſare melius calluiſſe mores Germanorum. *Deorum numero eos ſolos ducunt quos cernunt, & quorũ opibus aperte iuuantur. Solem & Vulcanum & Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt.* quid ſi Cęſaris tempeſtate reliqui nondum erant cogniti, qui tamen poſtea per hoſpites innotuere?

Lib. 6.
Id. Ibid.

C*AEterum nec cohibere parietibus deos.* Idem Perſis factitatũ. ἀγάλματα καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι. Cui Strabo cõciſius aſſentit

Herodot. Clio. i. Statuas, templa, aras ſtatuere non ſolitos.

aſſentit. πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται. Lib.15. i. Perſæ ſtatuas & aras non ſtatuunt.

C*VM autem inchoatur Luna*. Non mirum igitur ſi feminæ Germanorum vetant Ariouiſtum ne pugnā conſerat ante Lunam nouam. *Eas ita dicere: non eſſe fas* Cæſ.lib.1. *Germanos ſuperare, ſi ante Lunam nouam prælio contendiſſent.*

N*OX ducere diem videtur*. Gallorum conſuetudine id vſurpatum eſt. *Gal* Id.lib.6. *li ſe omnes ab Dite patre prognatos prædicant, idq; à Druidibus proditum dicunt: ob eam cauſ ſam ſpatia omnis temporis non numero dierum, ſed noctium finiunt: & dies natales & menſium & annorum initia ſic obſeruant, vt noctem dies ſubſequatur*. Sacer etiam ille Moſes in ſacratiſſima Geneſi noctem præponit. *Factumque eſt veſpere & mane dies vnus.*

Pag. 223.

N*EC iuſſi conueniunt, ſed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium abſumitur. vt turbæ placuit conſidunt armati.* recte mihi diſtincta ſunt. Germani etiamſi certa dies præſtituta ſit, vt aliquò conueniant, inſita libertate non parent, ſed plerunque imperium

rium minuunt,& in tertium diem procraſtinant: vbi poſtquam turbæ numerus placuit (cuius præcipua vis maioribus in rebus. *De minoribus rebus principes conſultant, de maioribus omnes*) conſidunt armati. at viro doctiſſimo placent ſic interſtincta. *Sed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium abſumitur vt turbæ placuit. conſidunt armati.*

Lib. 4.

ET *corpore infames*. Germani ab auerſa Venere inſanum nunc abhorrent: iidemque (ſi nobis non impoſuere) id ſceleris proprio nomine non dignantur. Secus olim cum nondum Chriſti ſacris initiati, flagitiis immanibus obnoxii viuebãt. noſter plane. *& corpore infames*. cui (pręter Strabonẽ qui aperte de Gallis) aſtipulantur Ariſtoteles, Diodorus, Atheneus: quos omnes loqui de Gallis non planum, nec facile probatu: nam Græcis nomine Celtarum Germani cẽſentur. conatur vir doctiſſ. pio conatu ſuam gentem ab ea nota vindicare: vellem pulchrè proceſſiſſet, ſed ſine caſtigatione ſubſtituit. *& torpore infames*. nec finem hic fecit: verum id quoque verbi apud Gellium ſuffecit, vbi nobis inuidet lepidiſſimum authoris ſenſum: ſed legamus ea ipſa verba. *in corpore ignaua*

H & a ſecund. Cur.

Lib. 19. cap. 11.

ignauæ et quaſi eneruatæ vitæ conſeneſcunt. Apathiæ ſectatores (ait Gellius) videntur habere corpus ſine anima, ſiue ſine uita: non enim dolent, non lętantur, non timent, non iraſcuntur. Cęterum ea nūc refellenda ſunt quibus ille nixus vulgata profligauit. profert ex Quintiliano. *nihil tale nouere Germani* Declam. 4. *& ſanctius apud Oceanum viuitur.* ſed hęc inprimis ea labefaciunt, quæ ipſe aſtruere contendit. Agitur ibi de Tribuno, qui Tyronem ante ſigna ſtuprauerat. nil tale (inquit) vnquam accidit apud Germanos puerorum amoribus nimis addictos: ſolent enim vulgo flagitiis alicuius augendis, gentes eo nomine infames cum flagitioſo contendere, ut inde liqueat eas ab illo longè ſuperari. addit ſi commune hoc ſcelus Germanis, qui tam ſęuiter uindicabatur? reſponſio mihi in promtu, quam diſſimulare pietatis eſſet, nō ingenuitatis. nonnulli Italorum (vtinam falſo) hoc nomine differuntur, apud quos nihilo ſecius hæc hominum ſcelera flammis tradi ſolent: & cur ibi pœna non acrior, vbi procliuiores homines in ſcelera ſint? ad vltimum cælo ſub frigido non expertes incolæ huius execrandi facinoris: nam ibi eius ortus, ubi arua ſunt.

Ripheis

eum numerum adoleſcentes aliquando cooptari, qui nobilitate, aut patrum meritis inſignes.

NON *multum venatibus*. Negationem delet doctiſſ. vir, quod Cæſar de Germanis ſcribat. *vita omnis in venationibus atque in ſtudijs rei militaris conſiſtit*. Quodque vero propius ſit, venatus iis eſſe cordi, qui natura feri incolunt ſaltus & ſiluas. verum Cornelius haud ambiguè dicit, Germanos parum venationibus, inſeruire. *plus per otium tranſigunt dediti ſomno ciboque*. Et *fortiſſimus quiſque ac bellicoſiſſimus nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura feminis ſenibuſque, & infirmiſſimo cuique ex familia: ipſi hebent mira diuerſitate naturæ, cum iÿdem homines ſic ament inertiam & oderint quietem.* faciuntne hęc ad labores quos venãdo ſubimus? at Cæſar pugnat: legerat eum Cornelius: *ſummus authorũ D. Iulius tradit*. Nec veritus eſt alibi quoque ab eo diſſentire. Hæc tamen Tacitum in Cęſarem non inconciliant, alii enim mores Germanis Cæſare, alii Tacito ſcribente. Diximus ad ea. Deorum maxime Mercurium.

Q*Vod pro honore acceptum*. Equitium ac decimam (parcite magni viri) hinc detereo ſine ſpe reſtitutionis, alius plane ſcripſiſſet. *Mos eſt ciuitatibus vltrò ac viritim conferre principibus id vel armẽtorũ, vel frugũ, quod &c.* ſed non Thucydides.

Lib. 2. i. Et Bœotiorum illico comprehenderunt quicunque erant in Attica.

καὶ βοιωτῶν παραχρῆμα ξυνέλαβον ὅσοι ἦσαν ἐν τῇ ἀττικῇ. ad cuius ſpeculum alibi ſe noſter etiam componit. *et à Flauio Sabino præfecto vrbis quod erat in vrbe militum, ſacramento Vitellij adactum*. vel excidit *aliquid*.

Lib. 2. hiſt.

S*Pargunt maculis*. continuus color alio ſi diſtinguatur, eleganter id verbo ſpargendi fieri dicimus.

Virg. Eclog. 2.

Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo.

Quamobrem quum Oceani litoris accolæ, ornatus cauſſa varient ferarum pelles vnde amiciuntur, ſquamis immanium belluarũ; graphicè Cornelius ait. *Spargunt maculis*. maculę enim, ſiue pelles in belluis ſquamę ſunt quibus cete aliaque id genus ſqualent. ad vltimum *fera* terrenum, *bellua* maritimum animal eſt.

Horat.

Te belluoſus qui remotis

Obſtre-

Obſtrepit Oceanus Britannis.

Pag.224.

P*Vblicatæ enim pudicitiæ*. Doctiſſ. vir accipit de ſcortis,& legit *publicatæ etiam pudicitiæ*. non me applaudente: nam etiam apud alias gentes ægrè meretrix virum inuenerit. referenda igitur ſunt ad maritas, quæ ſecutæ compreſſus alienos,à viris crinium ſectione & fuſtibus domo expelluntur: has enim nemo Germanorum quaſcunque diuitias mercat,vt vxores ducat: quod apud eos *plus boni mores valent, quam alibi bonæ leges*. At lex Iulia illos quoque vlciſcebatur, qui adulterii damnatas in matrimonium accipiebant. *damnatam adulterij ſi quis duxerit vxorem,ea lege tenetur.* Quam nihilominus ſperni ſolitam Satyrographus docet. Iuuen. Saty. 2.

Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
Clamantem toties, vbi nunc lex Iulia? dormis?

Vel legas *publicatæ enī impudicitiæ*. Anſā enim corruptioni dare potuit vltima ſyllaba τοῦ *enim*. eadem enim cum prima τοῦ *impudicitiæ* quū ſit, exſcriptor poſtrema *enī* exarata, credi

dit etiam ſe primam *impudicitiæ* delineaſſe: ſenſus vero in idem recidit.

N*Emo illic vitia ridet.* Ratio cur adulteræ viros non inueniant: non enim Germani adulteria ſuſque deque habent; ſed præcipue deteſtantur. hac autem Germanorum laude Tacitus Romanos obliquè ſuggillat, qui adulteris & nequam hominibus flagitia vitio non dabant: quaſi natura ſeculi talia ferret: in quo etiam errore verſatus eſt Nero.

Suet. c. 29. *Ex nonnullis comperi perſuaſiſſimum habuiſſe eum neminem hominem pudicum aut vlla corporis parte purum eſſe: verum pleroſque diſſimulare vitium & calliditate obtegere.* τὸ *corrumpere & corrumpi* hic ad adulteria

Tacit. i 14 ann. tantum alibi latius extenditur. *Vt quod vſquam corrumpi, & corrumpere queat, in vrbe viſatur.*

E*T ſalua.* Parum refert *ſalua* ſiue *ſua* legatur. hæc eadem ferè Perſç. μεθυσκόμενοι δὲ

Herodot. lib. 1. ἐιώθασι βουλεύεσθαι, τὰ σπουδαιότατα τῶν πρηγμάτων. τὸ δ' ἂν ἅδῃ σφι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος: ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύονται: καὶ ἢν μὲν ἅδῃ καὶ νήφουσι χρέωνται αὐτῷ, ἢν δὲ μὴ ἅδῃ, μετιεῖσι. Hoc eſt. de ſumma rerum inter pocula deliberant, quod autem ſibi conſiliantibus

tibus placuit,id domus dominus vbi conue nerunt,iiſdẽ ſobriis poſtridie proponit: & ſi ſobriis etiam placuerit,vtuntur, ſin minus, miſſum faciunt. *poſtera die retractatur*. irritando ſcilicet,& ſanciendo.

Pag. 225.

HAud minus facilè vitijs, quam armis vincuntur. Germani pugnis nunquã ſatis victi. *triumphati magis, quam victi ſunt.* Dicturus itaque quam inexplebiles vini ſint (quo vitio pręcipue laborant) vt armis (inquit) uix vinci queunt, ita merum in ſe ingurgitando inuicti ſunt. *ſi indulſeris ebrietati ſuggerendo quantum concupiſcunt.* quid ſequitur? *haud minus facilè vitijs, quam armis vincentur.*

SOla terra ſeges imperatur. elegantiſſime: imperat enim agricola, & parent arua. *Ut quamuis auido parerent arua colono.*

ORigine erubeſcunt. Non vſus eſt negatione. Vbii licet de nomine matris Neronis malint Agrippinenſes vocari; tamen fere probro ducũt haberi pro Romanis, ſeque dictitant Germanos. *Quæ prima libertatis*

bertatis facultas data eſt, auidius quam cautius ſumſimus, vt vobis, cæteriſque Germanis conſanguineis noſtris iungeremur. in cauſſa fuit vetuſtas, & nobilitas conditorum. *Celebrant Tuiſtonem Deum terra editum, & filium Mãnum terra editum, originem gentis, & conditorem.* quę etiam impulere Treueros & Neruios, vt illinc ſua principia ducerent. *Treueri et Neruij circa affectationem Germanicæ originis vltrò ambitioſi ſunt.* at Romani (quamuis immeritò) apud multos de originis obſcuritate male audiebant. δόξαι τίνες οὐκ ἀληθεῖς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων τὴν ἀρχὴν λαβοῦσαι τοὺς πολλοὺς ἐξηπατήκασι, ὡς ἀνεστίους μὲν τίνας καὶ πλανήτας, καὶ βαρβάρους, καὶ οὐδὲ τούτους ἐλευθέρους οἰκιστὰς ἐχομένης. id eſt: & opiniones quędam non verę, immo è fortuitis rumoribus originem ducentes, multis imponunt, tanquam fuerint eius conditores quidam ſine lare, errones, barbari, iique non ingenui.

Dionyſ. lib. 1. de Antiqu. Rom.

AD

AD AGRICOLAM CORNELII TACITI.

Pag. 219.

N*I curſaturus tã ſaua.* μεταφορικῶς tu viros inſignes Traiano imperãte laudare times? an ille (vt Domitianus) in eorum celebratores ſęuire ſolitus? igitur. *tã ſaua et infeſtą virtutibus tempora*. Suggillant imperium Domitiani: verum quonam pacto Cornelio eiuſmodi ſub Traiano ſcribenti. *Augeatque cotidie facilitatem imperij Nerua Traia-*

Traianus. Et *rara temporum felicitate, vbi ſentire quæ velis, & quæ ſentias dicere licet.* timori eſſe poterat immanis ſæuitia Domitiani? audi: noſter ſe dignum venia dicit quod ad id locorum diſtulerit ſcriptionem ſoceri vita functi. *at mihi nunc narraturo*. vis enim in *nunc* mihi vitio (inquit) ne vertatis ſi Agricolæ geſta non compoſui ſtatim atque is vita ceſſit: nam tunc deterrebar immiti illo ingenio Domitiani, quo peſſundati ſunt Ruſticus & Senecio Thraſeæ, Priſcique Heluidii laudatores.

L*Egimus cum Aruleno.* ipſo . nos ſcilicet, qui nunc ſub Traiano vitam degimus, quibuſque tandem legere licet flagitia Domitiani: iam enim aureum illud ſeculum aduenerat. *Vbi ſentire quæ velis, & quæ ſentias dicere licet.* nec de ſe tantum Cornelius hæc dicit, (vt voluit doctiſſ. vir) ſed de aliis etiam qui ea non videre. At mentio Senecionis me admonet ne corruptum ſinam elegantiſſimum Plinii locum *lacerat* (loquitur de Marco Regulo) *Herennium Senecionem tam intemperanter quidem, vt ei dixerit Metius Carus, quid tibi cum meis mortuis?* ad quæ non aſpirauit Claudius Minöes vir apprime doctus, ibique

Lib. a. epiſt. 5.

que

que legit.*cum eis mortuis*. ſiue, *cum mortuis*. ſubfrigide, ſua pace dixerim, cum vulgatis lenocinetur acritas non inuenuſta. Carus delatione Senecionẽ perculerat: at is æquis auribus Marcũ Regulum ferre non potuit, qui Senecionem prȩter modum lacerabat: cuiuſmodi autem inſectationem fuiſſe dicemus, quȩ ita Regulo nimia viſa eſt, vt eum talibus carpere coactus ſit? *quid tibi cum meis mortuis?*

M*Emoriam prioris ſenectutis*. Agricolæ vita Cornelio componitur dũ Traianus orbem Romanum moderabatur. *Augeatque cotidie facilitatẽ imperij Nerua Traianus*. Eique prima elucubratio fuit poſt cȩdem Domitiani. *Non tamen pigebit vel incondita ac rudi voce memoriam prioris ſenectutis ac teſtimonium præſentium bonorum compoſuiſſe: hic interim liber honori Agricolæ ſoceri mei deſtinatus profeſſione pietatis aut laudatus erit, aut excuſatus*. ita tempore prior annalibus & hiſtoriis: hiſtoriȩ enim à Titi morte uſque ad id loci quo vitam ſoceri concinnat, elaboratæ non fuerunt; partim Domitiani timore. *Quid ſi per quindecim annos quibus iuuenes ad ſenectutem, ſenes propè ad ipſos exactæ*

ætatis terminos per ſilentium venimus. partim deſidia deſuetudineque ſcribendi *ſubit quippe etiam ipſius inertiæ dulcedo, & inuiſa primo deſidia poſtremò amatur*. ante præfata tēpora multo minus: clarum ex terminis, quos ſibi noſter in prima hiſtoria præfiniuit. *Mihi Galba, Otho, Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti, dignitatem noſtram à Veſpaſiano inchoatam, à Tito auctam, à Domitiano longius prouectam non abnuerim*. idque per initia Traiani. *Quod ſi vita ſuppeditet, principatum diui Neruæ & imperium Traiani*. En cum opus aggreditur, Nerua iam diuus dicebatur. Annales vero hiſtoriis poſteriores habentur.

Tacit. lib. 11. ann. *Vtriuſque principis rationes prætermitto, ſatis narratas libris, quibus res geſtas Domitiani cōpoſui*. Nunc quid hęc ſibi volunt? *memoriam prioris ſenectutis*. Traiano iam regnante (Cornelius ait) mihi prima ſpatia ſenectutis ingredienti fixum erat literis conſignare imperium Galbæ. cęteraq; vſque ad eam ætatem: quę omnia prius metu Domitiani, deinde inertia ſubrepente ſcribere ſuperſedi. At *memoriam* reſpicit Neruam, Domitianū, Titum, Veſpaſianum, Vitellium, Othonem & Galbam. *teſtimonium* autem Traianum, cuius bonitatis tunc Tacitus potiebatur.

Dixi

Dixi Cornelium vix tunc ſenē fuiſſe; hęc ſua ſere. *quibus iuuenem ad ſenectutem*. nam ſequētia. *Senes prope ad ipſos exacta ætatis terminos venimus* ad eum referri minimè poſſunt, qui ſub Traiano decrepitus non erat. *Quod ſi vita ſuppeditet, principatum diui Neruæ & imperium Traiani vberiorem ſecurioremque materiam ſenectuti ſepoſui*. Sed quid iis immoramur? facile probatur ex collectione doctiſſimi viri Tacitum primam tunc ſenectutem ingreſſum, maxime addita ætatis diffinitione, quam Seruio Tullio debemus. *eoſq; ad annum quadrageſimum ſextum iuniores, ſupraque eum annum ſeniores appellari*. Oritur enim Cornelius eſtremo anno Claudii, ſocerum laudat iam cognito Traiani imperatoris ingenio, ſcilicet anno minimum eius imperii ſecundo. *Augeatque cotidie facilitatem imperij Nerua Traianus, nec ſpem modò ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam, et robur aſſumſit*. Numerum igitur ini, dices eū tunc minorem non fuiſſe annis quadraginta ſex. Ad vltimum doctiſſimus vir hic intru ſit. *prioris ſeruitutis*. ſed libens de eo quęſierim, ſeruitus ne fuerit imperium Neruæ, Veſpaſiani, Titi, quos omnes poſteritati noſter commendauit.

Gell. lib. 10. c. 19.

Pag. 230.

N*Iſi quod in bona vxore tanto maior laus.* Curtius Pichena candoris ingenui vir, legit. *tanto minor laus.* Sed me diſſentiente. Veriſſima & è re omnium gnome. laude quauis dignus ille vir eſt, qui morem gerit optimę vxori, contra omnibus conuitiis inclamandus eſt, qui ab ore malæ pendet. At illa. *niſi quod* correctio eorum ſunt. *& inuicē ſe anteponendo.* eo modo, quo,

Terent. Eunuch. *Crit. At neſciebam id dicere illam, niſi quia*
Correxit miles quod intellexi minus.

S*Patium exemplorum. Sed primo Cerialis.* Optime vulgata. Doctiſſ. vir. *Spatium exemplumque. ſe primo Cerialis.* Agricola licet ingenii militaris, ſub Vectio tamen, qui placidiora reſpiciebat, ſe ſe continuit. *temperauit Agricola vim ſuam ardoremque compeſcuit, ne increſceret, peritus obſequi.* poſtilla verò ducē nactus Cerialem, qui. *pugnæ auidus, & contēnendis, quam cauendis hoſt.bus melior.* potuit (quaſi perruptis anguſtiis) ſpatioſe ſuas exercere

Tacit. lib 3. hiſt.

ercere virtutes, & nunc pugnam capeſſendo, nunc rem Romanam conſiliis iuuando aliis exemplo eſſe. At Eruditiſſ. Pichena. *Spatium exemplorum.* de Agricolæ, deque Cerialis virtutibus dictum putat.

Pag. 230.

H*Oneſtior auriga, clientes propugnant.* Secus apud Græcos, & Troianos: domini enim currus pugnabant, qui παραβάται dicebantur. οἱ ἐπὶ τῶν δίφρων ἑστῶτες μαχόμενοι. οἱ κύριοι τῶν ἁρμάτων. Iique digniores aurigis, vt Achilles Automedonte, vt Hector Iniopæo.

Heſich. i. pro curribus pugnantes, curruum domini.

T*iberius præcipue.* Decurtata eius conſilii ratio videtur, quæ de penu Strabonis promitur à doctiſſ. viro, cum integra ab eodem ſumi potuiſſet. καὶ γὰρ τὴν βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι ῥωμαῖοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ὅτι οὔτε φόβος ἐξ αὐτῶν οὐδὲ εἷς ἐστιν (οὐ γὰρ ἰσχύουσι τοσοῦτον, ὥστ' ἐπιδιαβαίνειν ἡμῖν) οὔτ' ὠφέλεια τοσαύτη, τὶς εἰ κατάσχοιεν· πλέον γὰρ ἐκ τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν, ἢ ὁ φόρος δύναται συντελεῖν, ἀφαιρουμένης τῆς εἰς τὸ στρατιωτικὸν δαπάνης, τὸ φρουρῆσον καὶ φορολογῆσον τὴν νῆσον. Tiberius autem acrius ei rei ſtudebat, quippe cui Reipublicæ cura prę nequitiis neglectui eſſet. Non ergo

Lib. 2. i. Romani vero cũ Britanniam in ſuã poteſtatem redigere potuiſſent, id neglexerũt, quod nil inde timerent (non enim adeo viribus freti ſunt, vt nos aggredi queant) nilque lucri ſperarent ea poſſeſſa: nam per vectigalia plus ibi nunc percipi creditur, quam tributis

impoſitis vnquam ſperari poſſit: maxime cum ſtipendio militibus opus ſit, qui inſulam cuſtodiant, tributaque exigant.
Lib. 4.

ergo hic inſeram *præceptum* doctiſſ. viri caſtigationem: cuius neſcio vnde hęc hauſta ſint. *Auguſtum à Britannis tributi loco neſciò quid minutarum rerum accipere.* Nam ex Strabone quod citat nihil ad eam rem facit: τέλη enim (non φόρους) minutarum rerum, non ipſas res Britanni tunc pendebant: ſed apponam ipſa verba addita Budæi verſione, quod magnus ille vir falſo credatur ea non recte latina ex Gręcis feciſſe. τέλη οὕτως ὑπομένουσι βαρέα τῶν δὲ εἰσαγομένων ἐπὶ τὴν κελτικὴν ἐκεῖθεν, καὶ τῶν ἐξαγομένων ἐνθένδε, (ταῦτα δ' ἐστὶν ἐλεφάντινα ψάλια, καὶ περιαυχένια, καὶ λιγγούρια, καὶ ὑαλᾶ σκεύη, καὶ ἄλλος ῥῶπος τοιοῦτος) ὥστε μηδὲν δεῖν φρουρᾶς τῆς νήσου: τοὐλάχιστον μὲν γὰρ ἑνὸς τάγματος χρῄζοι ἄν, καὶ ἱππικοῦ τινος, ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ' αὐτῶν: εἰς ἴσον δὴ καθίστατο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν· ἀνάγκη γὰρ μειοῦσθαι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων, ἅμα δὲ καὶ κινδύνους ἀπαντᾶν τινας βίας ἐπαγομένης. *vectigalia* (ait ille miſſis quibuſdam ſtudio breuitatis) *etiam ſic tolerant grauia earum rerum quæ in Galliam importantur, aut quæ inde exportantur: ita nullo iam præſidio ad inſulæ cuſtodiam opus eſt: non enim vna plus legione opus eſt ad exigenda ab eis tributa. conſtituta autem erat omnis impenſæ ratio exercitui pro modo tributorum, alioquin minui neceſſe erat vectigalia, ſi tributa inſuper imperarentur. quodſi vis inferretur, periculum eſſet ne ad defectionem ſollicitarentur.*

Lib. 4. de aſſe. ab Iſaaco Cauſabono in comment. li. 4. Strabon. 5

rentur. Hæc Budæus:at tu queſo cruditiſſime Caſaubone cedo vbi ille cæcutiat. *quia* (inquis) *non animaduertebat dicere Straboñ Britannos* πλὴν ὑπομένειν *eaque* οὔτω βαρέα, *nullos autem* φόρους Quid ſi magnus illẽ vir ſecutus eſt codices Aldinos qui habent οὕτως? quod vel mihi potius videtur. nam illatio. *ita nullo iam præſidio ad inſulæ cuſtodiam opus eſt.* optime & appoſite ex vectigalium grauitate, ſecus nec tam concinne ex eorundem leuitate. Cæterum de tributo ita Iuriſconſulti. *Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait, et ſanè appellatur ab intributione tributum, vel ex eo quod militibus tribuatur.* quibus conſona ſunt hæc Plauti. l. 27. dd. de verb. ſignif. Aulular.

Megad. Vbi nugigerulis res ſoluta eſt omnibus,
Ibi ad poſtremum cedit miles, æs petit,
Itur, putatur ratio cum argentario,
Impranſus miles aſtat, æs cenſet dari.

Addam tamen pro coronide pleraque, & præcipue illa. τοὐλάχιστον μὲν γὰρ ἑνὸς τάγματος apertius verti potuiſſe, quę ſic in Latiũ transferrem *minimum enim vna legione opus eſt.* ſed non ea mente animi, vt cum Budæo in certamen deſcendam; quis adeò fungus?

Pag. 232.

A*Lterius,manus,centuriones*, ſiue *centurionis* quod idem eſt vel Euphoniæ gratia.

Vig.lib.1.Georg. . . . . *Vrbis ne inuiſere Caſar*

Terrarumque velis curam.

Lib.13.ca.19. Ad quę Gellius. *verte enim & muta vt Vrbes dicat inſipidius neſcio quid facies & pinguius.*

Lib.3.AEneid. *Centum vrbes habitant magnas.*

Hic item muta vt vrbis dicas, nimis exilis vox erit, & exanguis. Doctiſſimus vir hæc varie caſtigat,cui tamen non acquieſcit eruditiſſimus Pichena,ſed de maiore menda ſuſpicatur:nos ne minimam quidem literam hic deſideramus.Cornelius miſſa probatione eius quod dixerat,nempe diſcordiam prępoſitorum fraudi ſubiectis eſſe, quia per ſe clarum.

Hom.lib.1.Iliad. i. O dii, certe magnus luctus Græciã terram venit: gaudebit profecto Priamus, filiique Priami,ſi vos de his omnibus certantes reſciuerint,qui conſilio pugnaque Græcos omnes lõgè ſuperatus.

ὢ πόποι, ἦ μέγα πένθος ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει,
ἦ κεν γηθήσαι πρίαμος, πριαμοιό τε παῖδες,
ἄλλοι τε τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ:
εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν,
οἳ περὶ μὲν βουλῇ δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.

Affirmat eorundem concordiam (quod abſurdum videri poterat) exitio populis fuiſſe.

alterius,

alterius, manus, centuriones, alterius, vim & cõtumelias miſcere. Nimirũ cum prauus legatus eadem ſentit cum prauo procuratore, vterque vtrique ſua iura permittunt, idque magno prouincialium detrimento: legatus enim milites & centuriones cõmodat procuratori, qui ſęuiat in prouincialium ſanguinem, contrà procurator ſinit legatum vim & contumelias circa raptus & prędas exercere:

NEC *pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentus eſſe.* Hic locus me admonet vt illuſtrem illa Plauti. Bacchid.

Mn. *Nam pol quidem meo animo ingrato homi*
ne nihil impenſius eſt:
Malefactorem amitti ſatius, quam relinqui beneficum:
Nimio præſtat impendioſum te, quam ingratum dicier:
Illum laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali.

Quæ tenebris à commentatoribus aſperſa ſunt. illi *impendioſum* prodigum dici volunt Lambin. ſed quì cum ſuperioribus connectentur? & quo pacto de prodigo verum?

Illum laudabunt boni, &c. Quod in noxiam miſſam facientem verius, & cõcinnius cadit. nos *impendioſum* μεταφορικῶς pro eo qui nimius eſt in ignoſcendo: Mneſilochus enim viſo Chryſalo, qui ſibi fecerat argenti copiam, certus benefaciendi gratos laudat, ingratoſque deteſtatur.

Lib. 1. ann.

O*Fficijs & adminiſtrationibus*. Cornelius ſolens ibi verbum ſupprimit, vbi per ſe de contextu prodit. *De ſe Nouius conſcios non edidit*. Et. *at Britanni non virtute ſed occaſione & arte ducis rati*. itidem hic ſe ſe offert *præponere*. vel idem ſit vi τοῦ ἀνανταποδότου, vt apud Thucididem eſt inuenire. καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα. vbi ſcholiaſtes: τὸ σχῆμα καλεῖται ἀνανταπόδοτον. Additque ſupplenda eſſe per hæc. καλῶς ἂν ἔχει τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα.

Lib. 3.
i. quod ſi conatus procedat.
i. Figura dicitur ἀνανταπόδοτον
i. benè ſe Athenienſium res habebunt.

I*N ſpem magis*. Doctiſſimus vir. *in ſpeciem*. Et hac (ni fallor) mente. Agricola eã Britanniæ partem milite firmat, quæ Hyberniam reſpicit: non quod inde timeret, ſed ad vires oſtentandas: quod Othonianis etiam factum. *oſtentare vires et militari vallo Veronam circumdare placuit*. Non tamen abiiciã. *in ſpem*. Quod ſatis commodè interpretari poteſt.

poteſt. Agricola gnarus quam oportuna eſſet Hybernia ad continendos in fide Britannos. *Idque etiam aduerſus Britanniam profuturum, ſi Romana vbique arma, & velut è conſpectu libertas tolleretur.* Animo verſabat eius inuaſionem: quamobrem fines copiis inſtruxit, ne oblata occaſione milites è longinquo eſſent arceſſendi. *in ſpem magis, quam ob formidinem* nam alias metu barbarorum milites per fines diſponi ſolent, qui Iureconſultis. *milites limitanei* dicuntur. Similiter hac eadē de cauſſa Meſſana Syracuſanis occupatur ἔπραξαν δὲ τοῦτο μάλιστα οἱ μὲν Συρακούσιοι ὁρῶντες προσβολὴν ἔχον τὸ χωρίον τῆς Σικελίας. Poſtremum quod Agricola ſperauit, nunc Hiſpani meditantur & tentant, admoniti forſan his Taciti verbis.

Thucyd. lib. 4. Idque præcipue Syracuſanorum opera, quod videret inde facillime Siciliam inuadi poſſe.

HInc auctus Oceanus. Qui nouas gentes & adhuc ignotas aperit, is dicitur auxiſſe orbem terrarum, qui re vera ſemper idem, ſed non opinione: hinc Alexander ille magnus, qui plures orbes meditabatur..

Æſtuat infelix anguſto in limite mundi, Iuuen.
Seu Gyaræ clauſus ſcopulis paruaue Seripho.

Auctus ergo Oceanus, quod Agricolę milites id vlterius nauigauerint, quam antea factū ſit.

ſit. Per hæc in memoriam redeo Chriſtophori de Columbo, mirabili cuius auſu, immenſus ille vetus orbis minima nunc orbis portio cenſetur: quem profectò ſi tempora Saturni tuliſſent, deos illos maioris gentium vnus ipſe regeret. iactent Græculi mendaces ſuos veteres Mynias, additamque Argũ numero ſtellarum: nos gentis ἀλαζονείαν ridentes, verba faciamus de patria, de parentibus, de arte diuiniſſimi virorum: de quibus varia incertaque rumificant. Is eaſdem poſteris ambages reliquit quas præſtantiſſimus poetarum, quem ſummo ſtudio ſeptem minimũ ciuitates ciuem ſibi vendicabant.

i. Septem vrbes certant de origine Homeri.

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
σμυρνά. ῥόδος, κολοφών, σαλαμίν, χίος, ἄργος, ἀθῆναι.

Smyrna, Rhodos, Colophon. Salamin, Chios, Argos Athenæ.

De qua contentione ita lepidè ſciteque Sannazarius.

Lib. 5. Epigramm.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ
Cedite iam, cælum patria Mæonidæ eſt.

At de Homero minime mirum: de ſe enim deque patria, niſi hęc & ſubobſcure.

Odyſſ.

κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν ἄγων ἐρίηρον ἀοιδόν,
τὸν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε·
ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.

i. præco autem prope venit, ſecum ducens amabilem cantorem, quem muſa nimis dilexit: deditque malum & bonum: oculis qui

Et.

ὦ κοῦραι τίς δ' ὔμμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
ἐνθάδε πωλεῖται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;
ὑμεῖ εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ἡμέων.
τυφλὸς, ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ,
τοῦ πᾶσαι μετόπισθεν ἀριστεύουσιν ἀοιδαί.

Contra Chriſtophorus ita clare de patria meminit, vt pro monſtro ſit habendum, ſi quis de ea nunc ambigat & quærat: nihilominus plerique eum ad ſe trahunt, ciuemque ſuum faciunt. Placentia, Sauona, Neruũ Cugoreum, Bugiaſcum, Cucarum, Albizolium. Placentia, Cugoreum, Cucarum anſã arripuerunt, quod ibi gens ſit cognomento de Columbis. Sauona ex habitatione (vt inferius liquebit) Dominici patris & filiorum. Bugiaſcũ, & Neruum, eo quod prope Quintum ſita ſunt, vbi natus auus paterque Chriſtophori: quæ cauſſa etiam illexit Albizoliũ, nam ex vicinitate Sauonę Columbum ciuem ſibi fuiſſe mentitur. Sed vnde nam tot mendacia in re ſic aperta? imagines in ſua gente affectatæ à Ferdinando Chriſtophori filio dederunt eas omnes turbas: is modò patrem à Plebeii lanariique nota vindicet, omnia miſcet, veritatemque in primis oppugnatum it. quæ malum amentia vir generoſiſſime, ita expaueſcere ad textoris nomen, vt patriam clariſſimi omnium mortalium nobis

ignotam

dem priuauit, dedit autem dulcem cantum.
Hymn in Apoll.
i. O puellæ quiſnã vobis vir dulciſſimus poetarum hic verſatur, & quo maxime delectamini? vos ocius de nobis reſpondete. cęcus vir incolit Chium aſperam, cuius cantiones in poſterum celebres erunt.

Ferdinandus de Columb. ca 1.
Ouiedus Indi. hiſt lib. 2. ca. 2.
Balthaſar de Columb. in proceſſu.
Iouius in Elog.
Petrus Bizarius li. 1. hiſt. Genuenſ.

ignotam eſſe velis? Lanarius ille (ſi neſcis) apud eos, qui rite ſentiunt, omniũ ſtemmata ſuo fulgore pręſtinguit: at ſaltē callidè nobis impoſuiſſes, dũ ea te ignorare dicis, quę fungus neſcire nō potuiſſet: patrē (ais) reuerentia cōpellare non audebā quid? patruos etiā reuerebaris, qui ei ſuperſtites? nonne oportuit eos interrogatos de patria parētis? quid ad vltimũ nũ idē pudor aduerſus nauarchũ
Ferdinand. ca. 65. illum Iohannem Antoniũ Columbũ patris agnatum? nec multũ promoues illa ſuppoſiticia patris epiſtola. *Nec primus in mea gen-*
Idem cap. 3. *te præfectus claſſi fui.* quaſi is ibi reſpexerit ad
Ennead. 10. lib. 8. illa Sabellici. *Sub idem tempus quo hæc in Italia geſta ſunt, Maximilianus Friderici Cæſaris filius, Romanorũ rex declaratus eſt: quod ille Veneto ſenatui per literas ſignificauit. Dominicus Triuiſanus, qui D. Marci poſtea procurator fuit & Hermolaus Barbarus in Germaniam miſſi, qui ob eā rē publico nomine gratularētur: Hieronymus Donat⁹ in Luſitaniā, vt publico nomine amico regi gratias ageret, quod remiges, & ſocij nauales quatuor Venetarũ triremiũ ex Gallica negociatione redeuntiũ (quas Colũbus iunior archipirata illuſtris cruēto prælio oppreſſerat circa Olyſſiponem regiam vrbem) in litus ſaucij et ſeminudi à Piratis expoſiti, hoſpitaliter & benigne*

nigne

nigne regis iuſſu curati eßent, veſtibus, & via-tico adiuti. vide amabo quam præ ſtudio nobilitatis transuerſus agaris: Veneti eam cladem ab archipirata Columbo paſſi ſunt anno 1486. ii enim eodem tempore, quo per Hieronymum Donatum gratias egere Luſitanorum regi, quod ſuos in litore à Pirata expoſitos humaniter fouiſſet, Maximiliano gratulatum mittunt de eius in regem Romanorum electione: at ea anno 1486. facta fuit: Naucler.
qui igitur tibi conſtabis dicenti patrem an- & Mercat. in Chronolog.
no 1484 filio Diego iam ſublato Olyſſipone Ferdin. ca. 12.
diſceſſiſſe, qui eum alio in loco poſt dictam pugnam Olyſſiponem adire, & vxorem du- Id. cap. 5.
cere ſcribas: ſed quid coniecturis vſus eſt? archipirata ille. *Columbus iunior Columbi piratæ* Sabelli. in hiſt. dec.
illuſtris (vt aiunt) nepos. Barbarus à Sabellico 3. lib. 3.
dicitur. *poſt vbi illuxit, continuo vis à barbaro* Id. dict. in loco.
illata eſt, tū vero iniecto certamine ſuſtinet Venetus hoſtem Sic enim omnes ab eo nuncupantur, qui Itali non ſunt: nā agens paulo poſt de humaniſſimo rege Luſitanorum, ſic ait. *comiter & honorifice Venetijs excepto barbaro, publica illa hoſpitalitas eò gratior fuit.* non ergo Italus iſte pirata, neque tuæ gentis: nec iniicias mihi ſcrupulum ſi dicas τὸ *barbarus* referendū ad ſæuitiā Columbi: nam ibi nihil

dum

dum eiuſmodi : conſerebatur enim pugna, cuius victor quid in victos admiſit vt barbarus iure dici potuiſſet ? vtinam victores qui nunc inter humanos cenſentur, ſuos victos peius nõ haberent. ſed publicis monumẽtis, quæ apud nos ſeruantur, hiſtoriis, verbiſque ipſiuſmet Chriſtophori, demonſtremus eius patriam, parentes, artem, quæ à pleriſque ad hoc temporis ignorantur : nec mihi barbariem quis irrideat, nam fidei faciundæ nil potius eiuſmodi monumentis. ſed iam rem aggrediamur.

MCCCCLXX. INDICTIONE II.
Die ſeconda Martii.

Dominicus de Colũbo ciuis Ianuæ q. Iohãnis de Quinto, teſtor pannorũ, & tabernarius, parte vna, et Bartolomeus Caſtagneti de Fontana bona q. Nicolai, olim famulus dicti Dominici parte alia, ſponte, etc fuerunt confeſſi, &c. ſibi ipſis ad inuicem, &c. perueniſſe, &c. ad infraſcriptas conditiones & pacta, &c. vt infra &c. videlicet, quia dictus Bartolomeus ſponte promittit dicto Dominico eius olim magiſtro preſenti, etc. de ſeruiendo ſibi bene legaliter & fideliter

tam

tam in rebus dictæ arti ſpectantibus, quam in alijs licitis & honeſtis, vſque ad feſtum Paſchæ proximum futurum, & ab eo dicto tempore durante non recedere, ac dare & ſoluere eidem ſuo olim magiſtro infra menſes ſex proxime ſecuturos a die feſti Paſchæ, libras duodecim monetæ Ianuæ, in pecunia numerata, ſiue in tantam raubam dictam ſummam æquiualentem: quas libras duodecim dicto ſuo magiſtro debet partem pro pecunijs ſolutis per eum Manueli Regnaſco, & reſtum quas habuit ab eo Dominico de numerato. Et verſa vice dictus Dominicus præmiſſa acceptans, præmiſſis ſaluis dictum Bartolomeum quittat & abſoluit ab omni eo & toto ad quod ſibi tenetur & teneatur idem Bartolomeus quacunque ratione, occaſione, vel cauſſa, et tam cum inſtrumentis & ſcripturis publicis & priuatis, quam ſine, &c.

QVÆ omnia, &c. ſub pœna dupli, &c. cum integra, etc. & ſub, &c. & pro eo Bartolomeo interceſſit verſus eundẽ Dominicũ, Paſcalis de Fontanabona habitator Saonæ, quantum ſit pro libris quinque monetæ Ianuæ. ſub, &c. Rñs, &c. & quem idem Bartolomeus indemnem conſeruare promiſit. &c. Ita, etc. Rñs. &c. ad laudem, etc. de quibus, etc.

ACtum Saonæ in palatio cauſarum dictæ ciuitatis ad bancum maleficiorũ, preſentibus Iohanne de Quio, & Baptiſta de ..... teſtatore pannorum ciuibus Saonæ.

Iohannes Gallus

Hic primum Dominicus de Columbo dicitur ciuis Genuenſis, textor lanæ, filiuſque Iohannis, qui natus eſt Quinti.

MCCCCLXX. INDICTIONE III. die 25. Octobris.

CVM verum ſit, vt per infraſcriptas partes aſſeritur, confitetur & atteſtatur, quod Dominicus de Columbo de Ianua teneatur et obliga tus ſit, ac dare debeat Antonio Rollerio dicto Guarnerio q. Iohannis ciuis Saonæ, libras duodecim monetæ Ianuæ, pro tanto panno miſculo de Saona, quem habuit & accepit ab eo Antonio in præſentia mei notarij, & teſtium infraſcripto rum: & verum ſit, quod Dominicus de Columbo habere ac recipere debeat à Bartolomeo de Caſtagnetti de Fontanabona libras duodecim eiuſdem monetæ Ianuæ, vigore vnius publici Inſtrumenti

mentifacti et rogati per me notarium infraſcriptum,de anno preſenti, ſub die 2. Martij, & pro quo Bartolomeo interceſſit Paſchalis de Fontanabona pro libris quinque dictæ monetæ pro vt in dicto inſtrumento continetur,ad quod habeatur relatio:hinc eſt quod dictus dominicus de Columbo volens ſatis facere dicto Antonio Rollerio de dictis libris duodecim,ad quas ſic vt ſupra tenetur,ſponte,&c. titulo & ex cauſa dationis in ſolutum,ceſſionis,et auallationis,& alias omni via,&c.dedit,ceſſit, & auallauit dicto Antonio Rollerio præſenti,&c.omnia iura,omneſque actiones, &c. quæ & quas habet contra dictos Bartolomeum principalem,& Paſchalem fideiuſſorem vt ſupra vigore dicti inſtrumenti : conſtituens, volens dictum inſtrumentum ſibi dari, etc.paciſcens.&c & hoc inſolutum dictarum librarum duodecim,ad quas ſibi tenetur pro dicto panno etc.quæ omnia,&c ſub pœna dupli,et c.cū et, etc. & ſub,&c.ad laudē,&c.de quibus,etc.

Actum Saonæ in contrata portæuillanæ ſiue vnctoriæ, in vico publico, iuxta domum Deſpinæ filiæ. et Heredis q. Petri de Monte Mauro,præſentibus Baptiſta Ponte, Stephano Embrono fornario, et Petro Gallo, q. Emanuelis caligario ciuibus Saonæ,&c.

Iohannes Gallus.

HOC monumento fit mentio de ſupe riore,& qui ibi.*Dominicus de Columbo ciuis Ianuæ q.Iohannis de Quinto textor pannoram*.hic tantum. *Dominicus de Columbo de Ianua*.At is alibi ſic recenſetur.*Dominicus de Columbo de Ianua habitator Saonæ Lanerius.* Audi.

MCCCCLXXIII. DIE IV. IVNII.

DOminicus de Columbo de Ianua,habitator Saonæ Lanerius,conſtitutus in preſentia mei notarij & teſtium infraſcriptorum,ſponte,con ſulte, & deliberate, & eius certa ſcientia fuit confeſſus & confitetur, ac publice et in veritate recognouit & recognoſcit Ludouico Multedo ciui Saonæ preſenti, & ſtipulanti, ſe eidem Ludouico dare et tradere ac conſignare debere petias ſeptem pannorum alborū de ſexdecim, quæ ſunt pro.....VII.lanarum per eum habitarum.renuncians,etc.& quas petias VII.pannorum vt ſupra,idem Dominicus dare, tradere, & conſignare promiſit ipſi Ludouico preſenti & ſtipulanti,etc.videlicet petias tres ad libitum & voluntatem

tatem dicti Ludouici, et petias quatuor infra menſes quinque proxime futuros, et bonitatis in dicto Bartolomei Bauæ, et c. in pace, et c. et caſu quo eas non traderet vt ſupra, quod poßit idem Ludouicus emere de dictis pannis pro illo pretio, et pretijs, quo poterit, ſumptibus expenſis intereſſe dicti Dominici, ſub pena dupli, etc.
Ratis, etc.
Cum, etc.
Et ſub, etc.
Ita et aliter, etc.
Renuncians, etc.
De quibus etc.

ACtum in palatio cauſſarum communis Saonæ, in ſala inferiori, et preſentibus magiſtro Stephano Vieto, et Antonio Oliuerio ciuibus Saonæ, teſtibus. etc.

Petrus Corſarius

Nunc ſiſte gradũ, & ex prædictis collige Dominicum de Columbo ciuem Genuenſem filium Iohannis Quinti pago, lanarium & habitatorẽ Sauonę fuiſſe. ſequitur aliud monumentum, quo Seius duos agellos vendit. *Dominico de Columbo de Quinto Ianuæ, lanerio, habitatori, Saonæ.*

M.CCCC.

MCCCCLXXIV. INDICTIONE ſeptima die 19. Auguſt.

Seius ac Titius dignis de cauſſis nō vera nomina.

SEius ciuis Saonæ ſponte et eius certa ſcientia, per ſe et ſuos heredes titulo et ex cauſa venditionis, iure proprio et in perpetuū dedit, vendidit ac tradidit ſeu quaſi Dominico de Columbo de Quinto Ianuæ Lanerio habitatori Saonæ preſenti, ementi, et acquirenti per ſe et heredes ſuos petiam vnam terræ vineatæ, campiuæ, et arboratæ ac boſchiuæ cum vna domo ſuprapoſita, ſitam in villa Legini in contrata Valcadæ, cui cohærent ab vna parte heredes q. Georgij de Merualdo, ſuperius via publica, inferius foſſatus, et in medio via publica, et ſi qui, etc. ab alia dictus Seius venditor: quæ terra eſt obnoxia iure liuelli ſeu fictus Cannonicatui .... Cannonici Eccleſiæ Saonenſis, et reddit omni anno ſolidos ſeptem.

Francam, etc. excepto à dicto liuello.

ITem aliam petiam terræ vineatæ, et campiuæ et arboratæ, boſchiuæ, à parte inferiori ſitam in dicta villa et contrata, cui cohærent ab vna parte dicta petia terræ, ab alia hæredes q. Iohan-

q. Iohannis da Bene ſuperius via publica, et inferius foſſatus, et ſi qui, etc. cum duabus tinis.

Francam, etc. ad habendum, etc.

ET hoc pro pretio et nomine pretij librarum ducentarum quinquaginta monetæ Saonæ quod quidem pretium, ſiue quas libras ducentumquinquaginta dicta moneta dictus Seius ſpõte confitetur habuiſſe et recepiſſe à dicto Dominico emptore in bona et ſufficienti pecunia numerata.

Exceptioni, etc.

DOminium vero et poſſeſſionem, etc. conſtituens, etc. et ſi plus valet. etc. promittens, etc. et ſi quo tempore, etc. inſuper, etc. conſtituens, etc. quam quidem venditionem, etc. ſub pœna dupli, etc. ratum, etc. cum integra, etc. ſub hipotheca, etc. de quibus, etc. ad ſapientis laudem, etc. Actum Saonæ in contrata palatij cauſarũ communis Saonæ, teſtes Iacobus ferrerius, et Iacobus Lambertus ciues Saonenſes ad premiſſa vocati.

EA DIE ET HORA, LOCO ET teſtibus ſupradictis.

SVpradictus Dominicus de Columbo ſponte.&c. fuit confeſſus, tacitus, et contentus ac publice & in veritate recognouit ac recognoſcit Seio ciui Saonæ præſenti, & ſtipulanti pro ſe et hæredibus ſuis, ſe re vera eidem Seio dare et ſoluere debere et teneri libras ducentas quinquaginta monetæ Saonæ: et ſunt pro pretio et nomine pretij duarum peciarum terræ hodie paulo ante venditarum per eum Seium dicto Dominico, non obſtante confeſſione facta per eum Seium in dicto nominato inſtrumento, quod habuit et recuperauit dictum pretium, quia re vera dictã confeſſionem fecit ſub ſpe præſentis confeſſionis et recognitionis.

Renuncians, etc.

QVas quidem libras ducentas quinquaginta ſic vt ſupra debitas occaſione prædicta, dictus Dominicus ſponte, etc. promiſit et promittit ſibi Seio præſenti et ſtipulanti, etc. dare et ſoluere ſibi Seio aut legittimæ perſonæ pro eo, vel eius hæredibus in bona et ſufficienti pecunia

cunia numerata, terminis & temporibus ac modis & formis iſtis: videlicet libras quinquaginta ad liberam voluntatem ipſius Seii videlicet in tantis pannis de Saona, pro ut valent ad numeratum, ad dictum Chriſtophori Barucii, & Henrici Bertæ ſcarzatorum in feſto ſanti Michaelis proxime venturi: alias libras quinquaginta in tantis pannis de Saona & modis & ad dictum prædictorum ſcarzatorum, & ſic ſucceſſiue omni anno & in fine cuiuſlibet anni, in feſto ſanti Michaelis libras quinquaginta vſque ad complementum, & modis & ad declarationem dictorum prædictorum ſcarzatorum vt ſupra. Sub pena dupli, &c. ratum. etc. cum integra, etc. ſub hipotheca, &c. conſtituens, &c. ac ſpecialiter etc. dicta terra. etc. ita et aliter, etc. Renuncians, &c. de quibus, &c. ad ſapientis laudem, &c. Actum Saona vbi ſupra.

Teſtes qui ſupra.

Iohannes Rogerius

EN Quintum eſt etiam natale ſolum ipſius Dominici, quem dubio procul patrem fuiſſe conſtat Chriſtophori noui orbis inuentoris, Bartolomei, Iacobi poſtea dicti Dieghi, qui omnes anno M D I. in Hiſpaniis morabantur: at prius ſubſcribamus

conceſſionem dictorum agellorum in emphyteuſim factam *Dominico de Columbo de Quinto Ianuæ habitatori Saonæ lanerio*, a ..... Canonico Sauonenſi.

MCCCCLXXIV. INDICTIONE ſeptima Die 19. Auguſti.

VEnerabilis .... Canonicus Eccleſiæ Saonenſis, ad quem et ſuo canonicatui et prabendæ ſpectat & pertinet ſupradicta petia terræ vineata, campiua & arborata ac boſchiua, cũ vna domo ſupra poſita, ſita in villa Legini diſtrictus Saonæ, in contrata Valcadæ, iure Linelli affictus, cui terræ coherent ab vna parte heredes q. Georgij de Merualdo, ſuperius via publica, inferius foſſatus, & etiam in medio publica via, et ſi qui, &c. ab alia parte etiam Seius ſponte de et cum authoritate, voluntate, conſilio, & conſenſu infraſcriptorum venerabilium dominorum canonicorum. Videlicet domini Odonis de Scarelis archipreſbiteri, domini Laurentij Sanſoni, d. Gherardi Vacha, et d. Odini de Rubeis canonicorum dictæ Eccleſiæ, et capitulariter conuocatorum, et congregatorum in ſacriſtia dictæ Eccleſiæ, et capitulum facientium, cum alij canonici

ad

ad preſens non ſint reſidentes, &c. titulo et ex cauſa emphiteotica cōceſsionis Liuellario nomine & in emphiteoſim perpetuam renouando conceſſit, & concedit ad dictum Liuellum Dominico de Columbo de Quinto Ianua, habitatori Saona, lanerio, preſenti & conducenti pro ſe et heredibus ſuis dictam petiam terra cum domo ſuprapoſita ſitam & coherentiatam vt ſupra, francam, &c.

Et eſt illa quā hactenus iure Liuelli, fictus ab eo domino ...... Canonico vt ſupra, cōduxit & tenuit Seius ciuis Saona, & qua de eius Seij voluntate et expreſſo conſenſu, & inpreſentiarum authoritate in dictum Dominicum conceſſa, & renouata eſt.

Ad habendum hinc ad annos nouem proxime venturos, & iam inceptos in feſto ſanti Stephani protomartiris, et inde ad alios nouem annos, & ſic ſucceſsiue de nouem in nouem annos in perpetuum renouando.

Promittens prafatus venerabilis d. ..... Canonicus, &c. verſa vice dictus Dominicus conductor vt ſupra promiſit & promittit dare et ſoluere omni anno, et in fine cuiuslibet anni in feſto ſanti Stephani die 26. Decembris pro annua praſtatione & fictu (vt ſupra) dicti Liuelli, ſolidos duodecim moneta Saona, in bona & ſuffi-

cienti pecunia numerata ſibi præfato d. . . . , . Canonico vel ſuis ſucceſſoribus in ſuo canonicatu in pace, &c. quæ omnia & ſingula, &c. ſub pena dupli, &c. Ratum & firmum, &c. cum integra. &c ſub hipotheca, etc. ita & aliter, &c.

Renuncians &c. de quibus omnibus & ſingulis ſupradictis, etc. ad ſapientis laudem et dictamen, &c. actum Saonæ in dicta ſacriſtia dictæ Eccleſiæ Saonenſis, teſtes, Laurentius de Montemauro, & Innocentius Baleſtrerius de ſanto Remulo clerici dictæ Eccleſiæ ad præmiſſa vocati & rogati.

MOritur poſt illa Seius, moritur Dominicus de Columbo, hæres Seii. Titius offert eiuſmodi libellum Iuſdicenti occaſione iam dictæ venditionis.

TItius in iure coram vobis S. d. iudice maleficiorum locum tenente S. d. vicarij & magiſtratus Saonæ.

Dicit et exponit non in vim ſolennis libelli, ſed qualiter qualiter conuentionis, ac facti narrationis, contra & aduerſus Chriſtophorum & Iacobum fratres de Columbis, filios & heredes q. Dominici eorum patris. & contra aliã quam cunq; perſonam pro eis in iudicio legitime comparentem

parentem,dicens & exponens,ſicut dictus Dominicus tenebatur vigore publici inſtrumenti q.domino Seio patri dicti Titij in libris ducentumquinquaginta Saonæ pro pretio duarum petiarum terræ venditarum dicto q. Dominico vigore publici inſtrumenti,quod exhibet & producit in actis curiæ penes me notarium infraſcriptum ſub modis & formis infraſcriptis, videlicet libras quinquaginta ad liberam voluntatem ipſius Seij,videlicet in tantis pannis de Saona pro vt valent,ad numeratum, ad dictamen Chriſtophori Barucij & Henrici Bertæ:& libras quinquaginta in feſto S. Michaelis, etiam in tantis pannis,modo ſupraſcripto.

Quare cum prædicta vera ſint, dictus Titius heres pro dimidia dicti q. Seii eius patris, petit exequi et executioni mandari dictum inſtrumētum contra dictos Chriſtophorum & Iacobum dictum Dieghum modo ſupra narrato,cum venerit dies et conditio dicti inſtrumenti, iuxta formam capituli Saonæ ſub rubrica de ſolutione facienda ad præſens, cuius beneficium inuocat & implorat,petens in prædictis ius & iuſtitiam ſibi miniſtrari, omni meliori modo via & forma, &c.

Offerens ſe paratum diſfalcare quicquid probabitur legittime ſolutum,quia ſic. &c.

Offerens

Offerens ſi & in quantum teneatur, nec aliter nec alio modo penam dupli, & pro eo interceſſit, & fide iuſſit nob. Michael ...... ciuis Saonæ hic preſens ſub, &c. iurans ſi & in quantum teneatur, etc.

Verum quia dicti conuenti ſunt abſentes vltra Piſas et Niciam, dictus Titius petit ſibi concedi mandatum de citandis vicinis eo quia dicti conuenti carent mulieribus, agnatis, & cognatis in iſta ciuitate et poſſe Saonæ iuxta formam capituli de contumacibus.

Et adpræſens, etc.

Saluis alijs, &c.

Proteſtans de expenſis, &c.

Non ſe aſtringens, &c.

Sebaſtianus de Monelia Iur. Doctor.

MCCCCC. DIE MERCVRII, octaua Aprilis in veſperis.

EXhibita, etc. per dictum Titium dicentem, narrantem, exponentem, adducentem, exhibentem, requirentem, offerentem, reſeruantem, proteſtantem, ac facientem in omnibus vt ſupra.

Ibi

IBI animaduertenda ſunt. *aduerſus Chriſtophorum et Iacobum fratres de Columbis, filios et heredes q. Dominici eorum patris*. Et *contra dictos Chriſtophorum et Iacobum dictum Dieghum*. Verum quia libellus rite conceptus non fuit, (ſiluit enim de Bartolomeo filio etiam & herede dicti Dominici) & lites ætatem apud nos protollũtur, Titius heres Seii alium integriorem obtulit, quem iniuria temporis non habemus, ſed ex relatione publici apparitoris & aliis, oblatum fuiſſe non ignoramus.

MCCCCCI. INDICTIONE IIII.
Die martis, 26. Ianuarii.

Simon de Muſa nuncius publicus curiæ communis Saonæ retulit, ſe parte, mandato, iuſſu et impoſitione ſpectabilis domini Vicarij et magiſtratus Saonæ, iuiſſe et perſonaliter præcipiſſe, et in mandatis dediſſe Moneto Rudatio capſiario, et Emanueli Rubato fornario et Lanerio ciuibus Saonæ, tanquam vicinis et notis domus Chriſtophori, Bartolomei, et Jacobi de Columbis q. Dominici et ipſius heredum, abſentium, quatenus

tenus

tenus die hodierno in veſperis hora iuris comparere debeant coram præfato ſpectabile domino vicario, audituri et intellecturi ea omnia, quæ ipſis interrogare, et requirere voluerit Titius hereditario nomine pro ſua dimidia q. Seij ipſius patris, pro adimplemento et ſeu iuxta obſeruationem ſtatuti Saonæ, poſiti ſub rubrica de contumacibus, iunctis ipſius additionibus.

Aliter. etc.

Et hoc ad inſtantiam dicti Titij nomine prædicto inſtantis et requirentis.

DIE EA IN VESPERIS.

Supradictus Titius dicto nomine, conſtitutus in iure coram ſpectabile domino vicario et magiſtratu Saonæ ſedente in iure pro tribunali in palatio cauſarum communis Saonæ ad eius conſuetum iuris bancum.

Dicit et exponit, quod pro hac die et hora fecit citari Monetum Rudatium, et Emanuelem Rubatum ciues Saonæ hic præſentes conſtitutos, tanquam vicinos, et notos domus habitationis Chriſtophori, Bartolomei, et Iacobi de Columbis, filiorum et herèdum q. Dominici, pro ſumenda

et

et habenda informatione de ipſis iuxta formam ſtatuti de contumacibus.

Qui Monetus et Manuel ſic vt ſupra, iuſſi et citati, conſtituti vbi ſupra, prius delato iuramento, et interrogati de infraſcriptis eorum & cuiuſlibet ipſorum iuramento. Dixerunt et dicunt coniunctim vel diuiſim, ac omni validiori modo via, dictos Chriſtophorum, Bartolomeum, et Iacobum de Columbis, filios et heredes dicti q. Dominici eorum patris, iam diu fore à ciuitate et poſſe Saonæ abſentes, vltra Piſas et Niciam de Prouentia, et in partibus Iſpaniæ commorantes, vt notoriū fuit et eſt, et ſimiliter ſe ſe neſcire an habuerint, vel dimiſerint aliquem procuratorem, vel cauſidicum interuenientem pro ipſis, vel altero ipſorum, et ſic eorum iuramento referunt: præſente dicto Titio dicto nomine, et de ipſorum relatione iuramento firmata vt ſupra rogante, per me notarium infraſcriptum confici publicā ſcripturam, ad hoc vt fieri poſſit iudicium præparatorium cuicunque cauſſæ mouendæ contra ipſos de Columbis quibuſuis nominibus.

Qui quidem præfatus dominus vicarius et magiſtratus, exiſtens vbi ſupra, prædicta admiſit ſi et quatenus etc et mandauit per me notarium ad inſtantiam dicti Titij dicto nomine hæc præcantis et acceptantis confici inſtrumentum.

Actum præſentibus teſtibus Franciſco de Guilielmis, Thoma de Zocho, et Vincentio Priano notarijs ciuibus Saonæ.

ATtende hęc. *tanquam vicinis domus Chriſtophori, Bartolomei, et Iacobi de Columbis q. Dominici & ipſius heredum abſentium* nec non ad ſequentia *tanquam vicinos et notos domus habitationis Chriſtophori, Bartolomei, et Iacobi de Columbis filiorum, et heredum q. Dominici.* addas, *dictos Chriſtophorum, Bartolomeum, et Iacobum de Columbis, filios et heredes q. Dominici eorum patris, iamdiu fore a ciuitate et poſſe Saonæ abſentes vltra Piſas et Niciam de prouentia, et in partibus Hiſpaniæ commorantes, vt notorium fuit et eſt.* Euaſit etiam temporis edacitatem præceptum magiſtratus Hieronymo Maſſæ curatori hæreditatis iacentis Dominici de Columbo.

MDI. DIE MERCVRII, XII. Maii in tertiis.

D*E mandato ſp. d Vicarij, præcipiatur Hieronymo Maſſæ ciui Saonæ, curatori dato bonis et hereditati iacenti nunc q. Dominici Columbi,*

lumbi, & pro conſequenti filiorum ſuorum pro vt in actis.

Citeturque quatenus infra dies quindecim proxime futuros dediſſe, & ſoluiſſe debeat Titio filio et heredi pro ſua dimidia nunc q. Seij ipſius patris, dimidiam librarum 250. Saonæ, in tantis pannis pretio quo valet ad numeratum, ſiue eam dimidiam de numerato, & expenſas, pro quibus & pro expenſis. d. Titius dicto nomine contra eundem Hieronimum dicto curatorio nomine, bonaque dictæ hereditatis petijt exequi & executioni mandari quoddam publicum inſtrumentum extractum per Bartolomeum de Odino notarium ex actis q. Iohannis de Rugerio, milleſimo, et die in eis contentis, iuxta formam ſtatuti de ſolutione facienda ad præſens, aut infra dictum terminum dixiſſe, oppoſuiſſe, monſtraſſe, probaſſe, & probatum habuiſſe debeat, quidquid petit, vult, & intendit contra dictam executionẽ et contẽta in ea, & cauſam quare dicta executio cõtra eum dicto curatorio nomine fieri nõ debeat, prout per dictum Titium dicto nomine extitit requiſitum, &c. aliter, &c. Et hoc ad inſtantiam dicti Titij dicto nomine præſentis inſtantis, et re quirentis.

Thomas Monelia notarius.

NEC prætereunda eſt conuentio Iacobi de Columbo, cui poſtea nomen Diego, qua ſe ſe quibuſdam legibus addicit Luchino Cadamartori ad lanificium diſcendum.

MCCCCLXXXIV. DIE DECIMO Septembris.

Iacobus de Columbo Dominici ciuis Ianuæ, ſponte, &c. Dedit & locauit ſe pro famulo & diſcipulo cum Luchino Cadamartori præſenti, &c. per menſes vigintiduos ad addiſcendam artem textorum pannorum. promittens non recedere, ac ſeruire, & furtum non committere, verſa vice dictus Luchinus paſcet & non expellet, & quando terminus erit finitus, eidem dare diploidem vnam fuſtanei, par vnum caligarum cum...... gauardinum vnum panni blaui, & pitochum vnum panni cum ſuis camixijs, & veſtibus ab eius dolſo laneis & lineis in pace, &c. Quæ omnia, &c. ſub, &c..... renuncians, &c.

Inſuper dictus Jacobus maior annis ſexdecim iurauit &c. de quibus, etc.

Actum Saonæ in banco mei notarij infraſcripti,

pti, ſito in platea palacij cauſſarum, & præſentibus Leonardo Lanſono & Iohanne Stopperio ciuibus Saonæ teſtibus.

NVnc ad hiſtorias animum attendamus, & ad verba ipſius Chriſtophori: huius fratres Bartolomeum ac Diegum, patrem Dominicum fuiſſe, plures aperte ſcribunt. Qui Dominieus Quinti naſcitur & Genuæ poſtea ciuis fit, vt ſubobſcure Ouiedus illis verbis. *Dominicus pater Chriſtophori, Genuenſis erat, ſiue cuiuſdam Pagi non longè à Genua diſsiti.* innuens Quintũ, quod intra quintum lapidem, vnde ei nomen inditum: multos annos Sauonæ manſiſſe ſatis arguunt, qui Chriſtophorũ illinc Sauonenſem arbitrati ſunt: Lanariã verò exercuiſſe, docet Bartolomeus Sennarega cancellarius (ita vocant) Sereniſſimæ Reipublicę Genuenſis. *Chriſtophorus & Bartolomeus Columbi fratres, plebeis parẽtibus orti, ex lanificio mercede victitarunt, nã pater textor, carminatores filij aliquãdo fuerunt.* fere eadem Iuſtinianus. *qui Chriſtophorus vilibus ortus parentibus, quippe quia pater lanæ, ipſe ſerici (ſiue bombycis) textor fuit.* At Chriſtophoro patria Genua vrbs nobiliſſima, & vnde regimen in omnes Ligures

Ferdin. Ouied. Petr. Mart.

Lib 5. anal.

gures

Idem in ſuo Pſalter. ad pſalmum. Cælienarrant. lib. 1. Hiſtor. ind. In Hiſt. & in Elog. In teſtamento.

gures iuſtiſſimum. *Igitur Chriſtophorus cognomento Columbus, patria Genuenſis*. Eadem Petrus Martyr, Obertus Folieta, & plerique omnes. Sed quid plura? ipſe de Genua faciens mentionem. *quandoquidem ibi ortus ego, et inde egreſſus*. Et.

Tu noſtrum natale ſolum tu mœnia Iani.

Abraham Ortelius deſcript. in Hiſpaniol.

Ferdinand

IS Sauonæ aliquando vixit, nam Platea, quæ nunc Cannabis, patrum memoria Columbi dicebatur, quod ibi domum coluiſſet: prçterea vnde nomen ei inſulæ, quæ ſpectat ad orientem Hiſpaniolç, quo ſe procellis actum recepit, & plures dies moratus eſt, niſi ex memoria dulciſſimi ſibi loci? ea enim Sauona indigitatur. De eius arte iam legiſti. *carminatores fily aliquando fuere*. Reſtat vt in gratiam dictorum monumentorum hçc dicamus. Chriſtophorus ac fratres anno M D I. cum ea dicebantur. *et in partibus Hiſpaniæ commorantes, vt notorium fuit & eſt*. Erant in Hiſpania, quartamque in Indias profectionem moliebantur. Habes igitur optime lector cum ex hiſtoriis, verbiſque Chriſtophori tum ex illis fidiſſimis monumentis, Dominicum de Columbo Iohannis filium (quorum patria Quintum) ciuem

Genuenſem, habitatorem Sauonę, lanariũ, patrem fuiſſe illius diuini viri Chriſtophori de Columbo, Genuæ nati, lanarii, habitatoris Sauonę, & Bartolomei, Dieghique eiuſdem artificii & habitationis: qui Christophorus Sauonę altus & educatus, tali ſub cęlo magnos illos ſpiritus hauſit, quos paulo ante imbiberat Iulius ſecundus delirantiũ regum præcipuus terror, ac vnicus aſſertor Eccleſiaſticæ libertatis: hic enim anno 1443. ille 1447 in auras egreſſi ſunt. Hæc ego veſtigiis inſiſtens Reuerend. Iohannis Baptiſtæ Ferrerii protonotarii Apoſtolici ex participantium (vt vocant) numero. Is enim decori patrię ſtudens, ita ſuam nobilitatem literis, aliiſque principe viro decoris inſtruxerat, vt clariſſimorum ciuium facta (quod in Columbo moliebatur & emolitus eſſet) eloquenter exſequi, ſuaque aliis enarranda relinquere potuiſſet. Sed eum vis acerba fati nobis inuidit, dum intra prima iuuentę ſpatia, ſuas & amicorum ſpes anteit. Panuinius. Ferdinand.

. . . . . . Nimium vobis Romana propago
Viſa potens ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.

Pag.

Pag. 234.

O*Ppugnaſſe vltrò*. Hic tecum non facio doctiſſime vir, licet aliàs te in oculis

Quintilian. cap. 3. lib. 9. ferã. *oppugnaſſe*. loco, *oppugnare*. tempus pro tempore. *transferuntur enim tempora, &c. Timarchides negat eſſe ei periculum à ſecuri. eſſe* vice *fuiſſe*. additque, *at ne morer, per omnia fit genera, per quæ fit ſolœciſmus*. Quod à Dionyſio dicitur φράσει ἐκβεβηκυῖα παρὰ τοὺς χρόνους τῶν ῥημάτων.

Ad Amm. i. phraſis egreſſa tempora verborũ.

Nec hic modò Corneliuſ hęc auſus eſt. *Non tamen pigebit, vel incondita ac rudi voce, memoriam prioris ſenectutis, ac teſtimonium præſentium bonorum compoſuiſſe*. nec primus protulit.

Plaut. Poen.

Sync. Sine pinnis volare haud facile'ſt, meæ alæ pinnas non habent,
Milph. Nolito adepol diuelliſſe, iam duobus menſibus
Volucres tibi erunt hircinæ.

Quibus in locis ſatis apertè. *compoſuiſſe* & *diuelliſſe* eiuſdem ſunt notæ cuius *componere* Et *diuellere*.

E*T arte ducis rati*. Non manca, mutilaue ſunt: ſuetum eſt enim magnitudinis

ſecta-

ſectatoribus, verbis ibi parcere, vbi ſenſus vltrò emergit. diſce de eorum ſignifero. ἤλπιζον γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν Σολύγειαν κώμην πειράσειν. Vbi Scholiaſtes. προσυπακουστέον τὸ ἐλθεῖν. Alibi. ἢν δ' ἀπιστήσαντες, ἄλλοις ὑπακούσωμεν. Scholiaſt. τοῖς ἐμοῖς λόγοις δηλονότι. At hic *victos* eſt in procliui.

Thucyd. lib. 4.
i Sperabant enim ipſos in vicum Solygiam tentaturos.
i. ſubintelligendum eſt Tὸ venire.
i. Si vero non credentes, aliis.
i. meis verbis ſcilicet.

Pag. 235.

A*T ſicut in familia*. Strictius Thucydides. πάθοιμεν τ' ἂν δεινότερα, ἢ οἱ πρὶν δουλεύοντες.

Lib. 3.
i. Grauiora ſuſtineremus, quam qui prius in ſeruitutem redacti ſunt.

E*T libertatem non in præſentia laturi*. qui pugnant pro libertate, eos dicimus libertatem in manibus portare. *Quapropter vos moneo vt parato animo ſitis, & cum prælium inibitis, memineritis, vos diuitias, decus, gloriam præterea libertatem atque patriam in dextris portare.* τὸ autem *in præſentia* vt.

Salluſt. Catil.

Get. Argentum inuentum eſt Phædria, de iurgio ſiletur,
Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc abeat.

Terent.

Nunc ea aliter interpunge, & niſi erunt omnia ſole clariora, nunquam poſthac duarum rerum mihi credas. *Nos integri & indomiti; & libertatem non in præſentia laturi primo ſtatim congreſſu: vnde oſtendamus quos ſibi*

Y Y Ca-

Caledonia viros ſepoſuerit. Nos ad hoc temporis integri & indomiti ſumus:& non viriliter nunc primo ſtatim congreſſu pro libertate pugnabimus? *τὸ & interrogando.*

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

At *vnde* vt.*corrupto ad omne facinus Nerone, quadam ignaro auſus, ac poſtremò eiuſdem deſertor ac proditor: vnde non alium pertinacius ad pœnam flagitauere.* Vel cũ ſolita diſtinctione, hyperbatica phraſis eſt, & Thucydiana.

Lib. 6. i. Vt ita ſecus ſentio vix mihi videantur ſi alteram ciuitatẽ, qualis nunc ſunt Syracuſę ꝟenirent habentes & finitimã habitantes bellum inferrent; non omnino profligatum iri.

ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, μόλις ἂν μοι δοκοῦσιν, εἰ πόλιν ἑτέραν τοσαύτην ὅσαι συρακοῦσαί εἰσιν, ἔλθοιεν ἔχοντες, καὶ ὅμορον οἰκήσαντες τὸν πόλεμον ποιοῖντο, οὐκ ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι. *Vbi Scholiaſtes.* τὸ δὲ ὥστε ὑπερβιβάσαι χρὴ, ἵνα μὴ σολοικοφανῇ. ἢ τὸ σχῆμα, καὶ οὕτω συντάξαι. παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, ὥστε μόγις ἄν μοι δοκοῦσι οὐκ ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι οἱ ἀθηναῖοι. *Alibi* παρὰ σφᾶς ὡς πρὸς δ' ἀγιγνώσκοντα· τὸ λοιπὸν ἤδη ἰέναι τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα, καὶ τὰ κοινά. Sic alius à Tacito ſcripſiſſet. *nos integri & indomiti et libertatẽ nõ in præſentia laturi: vnde primo ſtatim congreſſu oſtendamus, quos ſibi viros Caledonia ſepoſuerit.* Id eſt, nos nunquam victi, nec nũc primam pro libertate pugnam pugnaturi: qua de re quam primum Romanis oſtendamus, quos nam ſibi viros ſumſerint laceſſendos.

i. Tὸ vt, loco mouendum eſt, ne aſſine ſolœciſmo videatur, & ſic ordinanda. ita ſecus ſentio, vt vix mihi videantur non omnino profligatum iri Athenienſes.

Lib. 1. i. Ad ſe tanquã cognoſcentes cęterũ ire quę ſibi ipſis quęque in commune conducant. alius dixiſſet. Cæterum ire ad ſe tanquam cognoſcentes, &c.

Alij

A*Lij tradidere*. Plerique Britannorum (Galgacus ait ad eleuandas Romanorum victorias) ſe vinci paſſi ſunt, vt ii proſperis elati, ſe ſe in interiora difficilioraque loca penetrarent, vbi ab vniuerſis quaſi vincti cęderētur: nos enim à fronte inſtabimus, illi à tergo bellum reparabunt. *Niſi ſi Gallos & Germanos & (pudet dictu) Britannorum pleroſque dominationi alienæ ſanguinem commodantes, diutius tamen hoſtes, quam ſeruos fide & affectu teneri putatis: metus & terror eſt, infirma vincula caritatis, quæ vbi remoueris, qui timere deſierint odiſſe incipient.* Doctiſſ. vir. *Dij tradidere.*

A*Dhuc ratus*. Locus defectus Doctiſſ. viro vnde expletur. *τὸ acuendum.* ſiue *τὸ incitandum.* Ego ſola diſtinctione fretus, integrum reor. *Cum Agricola (quanquam lætū & vix monitis coercitum militem adhuc ratus) ita diſſeruit.* τὸ adhuc vt.

Nam neque adhuc Varro videor neque dicere Cinna
Digna.

Agricola verba ad milites facit, quanquam ſciret eos etiamdum ardentes pugnę,

vixque monitis coërceri poſſe, ne ſuo iniuſſu in hoſtes inuolarent.

Pag.236.

E*Piſtolis Agricolæ actum.* Doctiſſ. vir *auctum.* At *actum* mihi potius eſt, quod verbi *ſcriptum* ſignificat: vnde qui verba lo-
Suet. Cæſar. ca. lv. quentis exarant. *actuarij* nominantur. *quam non immerito Auguſtus exiſtimat ab actuarijs exceptam male ſubſequentibus verba dicentis* vel *actum* id eſt narratum.

Terent. Andr. *An. Priuſquam abis præſente te huic apologum agere vnum volo.*

A*Lius occuparet.* Eruditiſſimus Pichena facit cum doctiſſimo viro, cui placet *altius* pergam tamen quo profectus ſum, vulgataq; à fuga prohibebo. alius circa mores is eſt, qui antiquos non amplius obtinet vt ſi Terentianus Crito auidior ad rem euaſiſſet. hac igitur de cauſſa Agricola, qui. *Inter quæſturam ac tribunatum plebis, atque etiam ipſum tribunatus annum, quiete & otio tranſit, gnarus ſub Nerone temporum, quibus inertia pro ſapientia fuit.* cui etiam. *idem præturæ tenor et ſilentium.* mutati moris arguitur ad hunc ferè modum quid retulit Agricolam ibi mo

deſtiam induiſſe vbi nil mea intererat, ſi nunc alius ab illo diſciplinam militarem ad ſe ambitioſe trahit, qua ſola luminibus meis officere poteſt?

Pag.237.

P*Roconſulatum Aſiæ & Africæ*. Non ferunt Romani mores, vt curæ vnius proconſulis Aſia & Africa demandentur: nec noſter (vt reris) doctiſſime vir hæc aſſerit: quinimo mens eius hæc fuit, vnũ vtriuſque prouinciæ candidatum eſſe potuiſſe, non item proconſulem: quę alibi ab eo repetita amouent omnes tricas. *Neque multo poſt miſsis ad ſenatum literis, Tiberius motam rurſus Africam incurſu Tacfarinatis docuit, iudicioque patrum diligendum proconſulem gnarum militiæ, corpore validum & bello ſuffecturũ quod initium Sext. Pompeius agitandi aduerſus M. Lepidum odij nactus, vt ſecordem, inopem, & maioribus ſuis dedecorum, eoque etiam Aſiæ ſorte depellendum incuſauit, aduerſo ſenatu, qui Lepidum mitem, magiſquam ignauum, paternas ei anguſtias, & nobilitatem ſine probro actam, honori, quam ignominiæ habendam ducebat. Igitur miſſus in Aſiam*. hæc prolixius exſcripſi vt res magis innoteſceret. Lib.3.ann.

Sciant

S*ciant quibus moris illicita mirari.* Periodus vndequaque perfecta, quæque Taciti conſilium nobis repræſentat: cuius ingeniũ pronius quidem in libertatem, ſed præfractos & inanes ſpiritus nunquam laudauit.
Lib. 4. ann. *An ſit aliquid in noſtris conſilijs, liceatque inter abruptam contumaciam, et deforme obſequium pergere iter ambitione ac periculis vacuũ.* quod etiam factitatum Thraſeæ delicio libertatis. Is enim compeſcuit Ruſticum Plebis Tribunum, qui gloriæ ſtimulis impulſus, interceſſionem parabat.
Lib. 16. ann. *ne vana et reo non profutura, interceſſori exitioſa inciperet.* quid ſi in comparationem ſoceri, ipſum quoque Thraſeam perſtringit? cuius quidem morte nil libertati conſultum. *Sed in nullum rei poſt vſum.*

Pag. 238.

V*NA adhuc victoria Carus Metius cenſebatur.* Quę nam (quæſo) iſta victoria, qua iam inter diſtinctos accuſatores cœperat haberi? an delatio & peruerſio Herennii Senecionis?
Plin. lib 1. Ep. v. *Lacerat Herennium Senecionem tam intemperanter quidem, vt dixerit ei Metius Carus, quid tibi cum meis mortuis?* nequaquam

quaquam. *mox noſtra duxere Heluidium in carcerem manus,etc.nos innocenti ſanguine Senecio perfudit*. Cæterum τὸ *cenſebatur* eadem ſignificatione,qua apud Iuriſconſultos. *videmus etiam cætera quoque animalia iſtius iuris peritia cenſeri.* qua apud Iuuenalem. Tacit. Inſtitut.

Stemmata quid faciant? quid prodeſt Pontice longo Satyr. 8.
Sanguine cenſeri?
. . . . *Sed te cenſeri laude tuorum*
Pontice noluerim.

Quaque apud Martialem.

Cenſetur Aponi Liuio ſuo tellus.

I*Ntra Albanam arcem villam.* vtrum horũ mauis audacter opta, nec time caſtigationem.*reliquos Pontifices non in regiam, ſed in Albanam villam conuocauit.* Plin.lib.4. Ep.2.

Quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat.

N*OS Maurici Ruſticique viſus.* Id eſt, dum ii nobis rapi ad ſupplicium viderentur.

Vt celſas videre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, et tacitis incumbere remis.

Horreſcunt viſu ſubito

T o *perfudit*. Oratorie quidem, ſed etiam de illo dicuntur, qui cædem propriis oculis non conſpexit. *filij cruore paterni aſperſi oculi*. Is enim M. Craſſus eſt, coram quo filius à Parthis interfectus nō fuit. Verum quì potuit Mauricus ſanguine ſenatores aſpergere, ſi iuſſu Domitiani minime cęſus? *Cum ſeptem amicis meis aut occiſis, aut relegatis. occiſis Senecione, Ruſtico, Heluidio: relegatis Maurico.* An quod exilium (vt apud Iuriſconſultos) pro morte habeatur? Salluſtius quidem de ea re loquens, vtitur verbo extinguendi. *multos mortales ferro aut fuga extinxit*. Dixi Mauricum exilio deterritum à patria fuiſſe, diſſuadent illa Pliniana. *Relegatis Maurico*. ἀκυρῶς Ibi Plinius *relegatis*. vt alibi. *is tunc in exilio erat à Domitiano relegatus*.

Valer. Maxim.
Appian. Syr.
Plin. lib. 3. Ep. 11.
D D. de pœn. l. 2.
Lib. 1. Ep. 5.

A*Dmiratione te potius*. Hæc omnia μεταξυλογίᾳ nimis clareſcunt. *Admiratione te potius temporalibus laudibus (&* *ſi natura militum ſuppeditet) decoramus.* id eſt, nos te Agricola non imaginum honore honeſtabimus, quas tibi militari diſciplina peperiſti: is enim honos momentaneus eſt: ſed admirando &

do & imitando tuas virtutes:quæ res potior eſt, & ſuperat tẽporarias illas ſimulachrorũ laudes. *Is verus honos & coniunctiſſimi cuiuſq; pietas:id filiæ quoque vxorique præceperim: ſic patris ſic mariti memoriam venerari:vt omnia facta dictaq; eius ſecum reuoluant, famamq; & figuram animi magis quã corporis complectantur:non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore aut ære finguntur, ſed vt vultus hominum, ita ſimulachra vultus imbecilla ac mortalia ſunt: forma mentis æterna, quã tenere & exprimere non per alienam materiam & artem, ſed tuis ipſe moribus poſſis.*

AD CORN. TACIT. DIALOGVM.

Pag. 239.

LIbellus iſte vulgo inſcribitur. *Cornelij Taciti equitis Romani dialogus*. Cuius conſenſum iam docui (ni fallor) non prorſus eſſe paruifaciendum: verũ is à Doctiſſ. viro habetur pro ſuppoſito, nec tamen aperit verum patrem, ſed nihilomagis eum deiuuare ſuſtinuit: immo tot eius cicatrices ſolidauit, totque vibices exterſit, vt ei ſemper (& merito) literæ doctique debituri ſint. Ego rurſus audacter hunc aio eſſe

Taciti germaniſſimum fœtum, innixus inprimis ſententiæ Sabini Grammatici, quam vir doctiſſimus funditus eleuauit: is enim inquit. *Cornelius Tacitus appellat ſcripta Mæcenatis calamiſtros.* quod in hoc libello ſic habemus. *quam calamiſtros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis.* Nunc argumenta proferam quæ Doctiſſ. vir ad eam rem collegit, & pro viribus refellam: eaque potiſſimum de cauſſa, quod ſi abſque iis fuiſſet, non is liber a pleriſq; nothus haberetur, quod nunc temporis fit, adeò valet iudicium doctrinaque talis viri.

Primum (ait) ſtylum huiuſce libelli, nimis abhorrere à ſtylo Taciti: & ne quis refugiũ ſibi paret, iis eum occupauit: neminem annis in ſcribendo alium ita fieri, vt ſe ipſum ſtylo (vel ingratiis) aliquando non referat. Non aduerſor, ſed libens de eo quęſierim, num idẽ ſtylus deceat hiſtorico, & dialogiſtæ: negabit ſcio: quod nõ ignoret Demetriũ planè huiuſmodi poſteris reliquiſſe. διαλογικὴ δ' ἐστὶν ἡ περίοδος ἡ ἔτι ἀνειμένη καὶ ἁπλουστέρα τῆς ἱστορικῆς. &c. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος, καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. ἀρτέμων μὲν οὖν ὁ τὰς ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολὰς, φησιν. ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διαλογόν τε γράφειν, καὶ ἐπιστολάς. εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου: καὶ λέγει μὲν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν: δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν: ὁ μὲν

i. Dialogi autem periodus eſt, quæ remiſſa & ſimplicior hiſtorica.

i. Quando autem & epiſtolaris ſtylus tenuitatis eget, de ipſo quoque dicamus. Artemon igitur qui deſcripſit epiſtolas Ariſtote-

γάρ μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα: ἡ δ' γράφεται, καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά præterea pauca Tacitus hic præfatur, & ſic non mirum ſi ſolitus eius ſtylus ægrius agnoſcatur; reliqua verò verbis eorum refert, quos hic loquentes inducit, quorũ numeros, rationes, ſtylum ſerio ſe imitaſſe profitetur. *Si mea ſententia proferenda, ac non diſertiſsimorum, vt noſtris temporibus hominum ſermo repetendus eſſet: quos eandem hanc quæſtionem pertractantes iuuenis admodum audiui ita non ingenio, ſed memoria ac recordatione opus eſt, vt quæ à præſtantiſsimis viris & excogitata ſubtiliter, & dicta grauiter accepi, cum ſinguli diuerſas, vel eaſdem, ſed probabiles cauſſas afferrent, dum formam ſui quiſque animi, & ingenij redderet.* Et. *& Materni pro carminibus ſuis læta atque vt poetas defendi decebat, audentior, poetarum quam oratorum ſimilior oratio.* Vnde quid noui ſi Cornelius hic alius à ſe videtur? dicat doctiſſimus vir, ſimilis ne ſui ſit, dum in Satyra Menippea Ouidium ſiue Ciceronem nobis repręſentat? nec ſe Cornelius adeò diſſimulare potuit, vt ſolita ſua ſibi dictione proditus non ſit. *Cum priuatas olim cõuerſationes curaret, iners ociũ oblectaret.* hęc in annalibus, at hic. *Si modo in hac ſtudiorum parte oblectare ociũ, & nomen inſerere poſ-ſunt*

> lis, ait oportere eodem pacto ſcribi dialogum & epiſtolas: eſſe enim epiſtolam quaſi alteram dialogi partẽ: & dicit aliquid fortaſſe non tamẽ totum: neceſſariũ eſt enim accuratius dialogo parare epiſtolam: is enim imitatur ex tẽpore dicentem, illa ſcribitur & quodammodo vt donum mittitur.

> Lib. 11. ann.

ſunt

ſunt famæ ibidem etiam. *vis tu quidem iſtum intra locum ſiſtere, ſed illi magiſtratus, & primores qui te inuito perrumpunt*. Cum quibus hęc ſunt comparanda. *Non magis quam æra & imagines, quæ etiam iam me nolente in domū meam irruperunt*. Et alia ſexcenta, quæ nunc breuitatis ergo compendii facimus. Addit. ętas repugnat: nam author iſtius libelli dicit ſe huic ſermoni interfuiſſe admodum adoleſcentem. *iuuenis admodū audiui*. qui ſermo habitus eſt anno ſexto Veſpaſiani. *ac ſextam iam felicis huius principatus ſtationem, qua Veſpaſianus rempublicam fouet*. At Cornelius quæſtor ab eo factus eſt · *dignitatem noſtram à Veſpaſiano inchoatam*. Qui honor non credebatur minori vigintiquatuor annis. qui ergo *admodum iuuenis*? pręſertim cum naſcatur Cornelius anno eſtremo Claudii, idque temporis annos minimum vigintiduo natus ſit? ſedo has turbas ea ætatis diſtinctione, cuius author fuit Seruius Tullius. *pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim, atque inde ab anno 17. quos idoneos iam eſſe Reipublicæ arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eoſque ad annum quadrageſimum ſextum iuniores, ſupraque eum annum ſeniores appellaſſe*. quis igitur vetat ne dicamus anno Veſpaſiani

Lib.4.

Lib.1.& doctiſſ. vir in vita Taciti.

Id. Ibid.

Gell. lib. 10. ca. 28.

ni ſexto Corneliũ duo & viginti annos habuiſſe?idq; dici *admodũ iuuenis* præ longiore iuuentutis ſpatio, quod à 17.ad quadrageſimũ ſextũ annum extendebatur? eumque octaua,vel nona ſtatione Veſpaſiani quęſtura potitum eſſe? His ſtrictim percurſis rem aggrediamur, quam ieiune & carptim exequemur;parum enim nihilue operę nunc nobis eſt,nec vber ſpicilegium volenti inuidemus.

Pag. 239.

Diuerſas vel eaſdem cauſſas. Meſſalla cauſſas inquirit,qui fiat vt ſui temporis oratores in tantum à prioribus degenerent. *ac velim impetratum ab aliquo veſtrũ, vt cauſſas huius infinitæ differentiæ ſcrutetur et reddat,quas mecum ipſe plerunque conquiro;& quod quibuſdam ſolatio eſt,mihi auget queſtionẽ quia video etiam Graijs accidiſſe,vt longius abſit Æſchine et Demoſthene ſacerdos iſte Nicetes et ſi quis alius Epheſum ac Mitylenas contentus ſcholaſticorum clamoribus quatit, quam Afer,aut Africanus, aut vos ipſi à Cicerone aut Aſinio receßiſtis.* Socioſque ad eam rem optat Maternum & Secundum. *Aperiam inquit cogitationes meas,ſi illud à vobis ante impetrauero,vt vos quoque ſermonem hunc noſtrũ adiu-*

adiuuetis.qui onus ſubire non dedignantur. *pro duobus (inquit) Maternus promitto, nam et ego, et ſecundus exſequemur partes*. potuit itaque vnuſquiſque horum afferre (ſaltem ſub ſcribendo) quaſdam ex rationibus Meſſallę quibus temporis iniuria deficimus: nec rei diſconducit, ſi vterque eam partim iiſdem, partim diuerſis firmare ſtuduit. Cæterum doctiſſ. vir ex iis decurtat. *vel eaſdem*.

O*Ffenſas Catonis tui aures*. per indignitatem ſupprimit *recolas*. ſic ſupra. *ſuper eſſe qui forſitam manus ictuſque per immanitatem Auguſti*. vbi ſiletur. *intendant*. Quia Cato in ea Materni tragœdia vitia procerum exagitat, & is qui eo more præditus eſt, dicitur habere aures offenſas vitiis flagitioſorum. vel vt illud. Lib. 16. ann.

. . . . ἱερὸν μένος ἀλκινόοιο. i. Sacrum robur Alcioni.

Pag. 240.

E*T ego (quatenus arbitrium litis huius inueniri non patiar) Maternum ſollicite plurimum defendi*. tranquillo ſint animo poetæ (inquit Aper) qui ad cauſſas agendas non apti ſunt: non enim nunc exigo vt ſententia de iis ac de oratoribus feratur, qui nempe

ſint

ſint potiores; immo alias vel ipſum Maternum (non in eo reſpiciens oratorem) apud plurimos defendi: verum ęgre fero arguoq; eum uerſibus inſeruire relicta eloquentia oratoria, ad quam maxime natus eſt.

T*Vm abire, quod ſi non in alio oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratia venit.* ſcilicet, præ gaudio mihi uideor terras relinquere.

Sublimi feriam ſydera vertice.

At eloquentia ſi non paratur cura, ſiue labore, nequaquam codicillis, uel gratia principum acquiri poteſt. *ſolitum paremque cæteris dicaturum, neque enim eloquentia fortuna diſcerni.*

Tacit. lib. 3. ann.

N*ON minus eſſe in extremis partibus terrarum, quam Capuæ.* Quis etiam ibi dicitur eſſe ubi uiget eius gloria.

N*EC hòc illis alterius.* id eſt Eprii & Vibii: *alter* enim duos continet.

Terent. Andr. & ibi Donat.

Sed poſtquam amans acceſſit pretium pollicens
Vnus & item alter.

Alter

Alter ab vndecimo tũ me iam ceperat annus. Virg. Bucol. & M Donat.
Quod unuſquiſque horum habuit ter millies ſeſtertium: quæ ſumma poſt Senecã quaſi premium perfectę eloquentię uidebatur. *Qua ſapientia, quibus philoſophorum præceptis,* Tacit. lib. 14. ann. *intra quadriennium regiæ amicitiæ ter millies ſeſtertium parauiſſet*. Cęterum *ter millies ſeſtertium*. ſi credimus magnis uiris, nobis ſunt Budæus de Aſſe. ſeptem milliones, & quingenta millia aureorum. Sed quam immanis illa ſumma, qua Veſpaſianus rempublicam dixit egere? *De* Suet. cap. 16. *qua teſtificatus ſit initio ſtatim principatus, profeſſus quadringenties millies opus eſſe vt reſpublica ſtare poſſet*. Legerem *quadragies*. Sed libri aduerſantur & inſignis ille Iuriſconſultus. De re nummar. Dicamus igitur Veſpaſianum ὑπερβολικῶς locutum ad augendum inopiam fiſci.

Pag. 241.

H*Inc ingentis ex his aſſenſus, &c.* pro *ingentes*, εὐφωνίας ergo. Callide iugulat Aper quæ Maternus (vt potiora) in ſui defenſionẽ prę miſſurus erat: ſcilicet quietẽ & ſecuritatẽ. dices (ait) eo te Catonẽ elegiſſe, quod inde maior tibi gloria, & aſſenſus: eſto: ſed vbi quæſo tua illa quies, quam toties iactas? eris ne ſecurus offenſis aurib⁹ Imperatoris?

„ *aſſenſus*.hic non reſpectu elegantiæ carminum,nam id ſupra iam dictum.*& vt beatiſſimus recitationum eius euentus proſequatur,omnis illa laus intra vnum aut alterum diem velut in herba vel flore præcepta*.ſed reſpectu principis,quem in Catone intra ordinem redigebat,vnde magnus aſſenſus omnium auditorum.*Tolle igitur quietis & ſecuritatis excuſationẽ,cum tibi ſumas aduerſarium ſuperiorẽ; nobis ſatis ſit priuatas & noſtri ſeculi cõtrouerſias tueri*.quod de aſſenſu aduerſus principẽ dixi fallax cõiectura non eſt,ſi hæc ſaltem percurras,quæ eadẽ tempeſtate geſta ſunt.*Vbi ad*
Tacit lib.4.hiſt. *Heluidiũ Priſcum prætorẽ deſignatum ventum, promſit ſententiam vt honorificã in bonũ principẽ falſa aberant,et ſtudijs ſenatus attollebãtur; iſq; dies illi præcipuus,magnæ offenſæ initium & magnæ gloriæ fuit*.

C*Vm in Nerone*,Tragœdiæ nomen.*etiam ſi non nouũ tibi ipſe negociũ importaſſes*. *Domitiũ et Catonẽ,id eſt noſtras quoq; hiſtorias*
Tacit.lib.4.ann. *et Romana nomina,Græcorũ fabulis aggregares*
Id. lib. 13. ann. hæc autẽ.*improbã et profanantẽ potentiam*. vt illa.*ut ſuperbiã fecunditate ſubnixã popularibus ſtudijs inhiare dominationi argueret*.Et *ſibi conceſſam dictitans nobilitatẽ,pulchritudinem* „ *ſa*

cra

cra ſtudiorum vaticinij.ſtudia carminum deſi gnat:nã poetæ vates appellantur.Cęterũ Maternus in ea Tragœdia irriſit(vt reor) ſtultitiã Neronis,gloriam carminum ad ſe trahentis,quæ res hinc ſatis eluceſcit. *Lucanum propria cauſſa accendebant,quod fama carminum eius premebat Nero,prohibueratque oſtentare vanus aſsimulatione.* Tacit.lib. 15.ann.

N*Am ſtatũ cuiuſq;.*Reſpondent his.*quid erit tutius, quam eam exercere artem, qua ſemper armatus præſidiũ amicis, opem alienis,ſalutẽ periclitantibus*. Maternus oratores ſui temporis acerbe perſtringit, qui toti delationibus vacabant. Ego(ait) qui diu ab eloquentia oratoria deſueui, plus hominibus cõſulo mea innocentia,ideſt dum nemi nem defero,quam oratores iſti, quorum elo quentia tot illuſtres viros peſſundedit.

E*T ſanguinantis eloquentiæ vſus*. tela ſanguinantia latinum eſt:at vſus eloquẽtiæ telum dicitur. *Atque (vt dicebas Aper) in locum teli repertus*. Et.*quam reo periclitanti eloquentia præſidium ſimul, & telum*. cur igitur ſanguinans eloquentia non vocabitur, per quam tot proceres lacerati ſunt?

HI *quibus præſtant indignantur*. Maternus ardenter incubuerat in carminum defenſionem. *vix dum finierat Maternus concitatus, & velut inſtinctus*. vnde mirum in modum extenuat & deducit illa. *Quid enim tutius, quam eam exercere artem, qua ſemper armatus præſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus*. homines qui à Priſco & à Marcello aliquid petunt, ingratum & irritum id omne habent, quod ab iis profectũ eſt, quæ res acerba in vita hominum: quid enim miſerius, quã beneficiis inimicos ſibi parare? modò, & eos inter beatos recenſe.

Pag. 243.

A*Ntiquis, & eo credo audacius*. Ex cõtextu prodit. *fauebas*, at *in ijs*. id eſt in verbis, quæ ad eam rem faciebas. Cæterũ malignus Meſſalla non videbatur, quod ſe quoque antiquis deteriorem ducebat.

(∵)

LAVS DEO.

MEN-

Pagina 4. θηρία. ibid. nonnunquam.
Pag.9. δοκιμαζόμενος.ib. θαυμάζεται. ibi.cælestibus. ibid.præſens.
Pag.10. γλαυκοί. ibidem meminerint.
Pag. 11. ὕμνος.
Pag. 12. oportunius.ibid.dedecus.
Pag.13.quæque. ibid.antholog.
Pag. 16. συμέτου.
Pag.17.quippe.ibid. primordio.
Pag.18.lacrymas.
Pag.20.cædis.ibid.prouincijs.ibid. Numiſijs.ibid, Herennijs.
Pag.21. vſitatas. ibid. pro ibid. ὄντων.
Pag.22. Idê. ibid. הנה שמענוה ibid. ש׳ג יבא ibid. Iacob.
Pa.23.poteſt.ibid.femininis.ibi.femininis.ibid.feminine.ibid.deiuare.
Pa. 24.interpretantur. ibid. nondum.
Pa.25.cunctandi.ibid.Terentiano. ibid.arceſſunt.ibid.prætulerunt. annuum.ibi. celebratio ant û n. ibid.Deû n. ibid. amicû n. ibid. genus.
Pa.26.numrûm.ibid neque.ibi.crearetur.ibid. iuriſdictio. ibid. annûm.
Pag.27.de ibid.atqui.
Pag.28.ſuperauerint.
Pag.29.hybernis.ibid.cęlo.ibid fortuito. ibid. ὀρίζει. ibid. lacrymis.
Pag.30.deſignat.ibid.ſæuitia.ibid. leuocinantur.
Pag. 31. ignaram. ibid. ſæuitia. ibid. πρὸ αὐτοῦ τοῦ ῥητορ. ibidem Titus.

Pa.32. Cæſares declarantur. ibid. πλυθημτικός. ibid. Herennijs ibid.ceciderunt.ibid. volucriſa. ibid.corpora.
Pag.33.alteram.ibid. execrata.
Pa.34.numerum.
Pa.36.hiſtorijs.ibid implacabilius ib.διαιτητικῶς. ibid. auditus. ibid. animum.
Pa.37.αὐτοῦ. ibid. δοτικῶς.
Pa.39.aliaque.ibid.ἐργάζεται.
Pa.41.eſtudiſſe.
Pa.42.qua.
Pa.43.Phoeniciæ.
Pa.44. τὰς.
Pa.45.ὑποτέτακται. ibid. רעמסס
Pa. 49. Poſtulat.
Pa.50 percurſis.
Pa.53.fœdere ibid.errant.
Pa.54.virum.ibid. gerimus.
Pa.55. τὸ ibid. σολοικίζει. ibid. δουκυδίζει. ibid. Peloponneſios.
Pag.56. mox progeniem daturā vitioſiorem.ibid.cupient.ibi. remearent.
Pa.57.in prouincias.
Pa.58. & rempublicam.
Pa.60.videretur. ibid.ieſt.
Pa.61. aboleuit.
Pa.62. erumpunt.
pa.63.macula. ibid.tantum. ibid. illi.ibid.familia.
Pa.66.irrogatur. ibid.cum.
Pa.67. læſarum.
Pa.70.caluisse.ibid. exercebat.ibid. peruerti.
Pag. 74. σοφοῦ τε.
Pag.77. Pannonum.
Pa.78. principis.
Pag.79. iuſpectus.
Pa.85.eque atque ipſe.

Pa.86.vero.
Pa.87.inceſtę virilitatis.
Pag.88.duodecim.
Pag.89.cœpit.
Pa.90.Luc.ibid.declaratus.
Pa.92.Sophocl.
Pa.93.arceſsit.
Pa.96. כאכל אם קדר שחותי
Pa.100.oratorię.
Pa.102.cœptantes.
Pa.103.a patribus.
Pa.105.quidam.
Pa.107.non tanti.
Pa.113.perſtitit.
Pa.114.Nigro.
Pa.115.αἴσθησιν.
Pa.119.ποιεῖ. ibid.poſt.
Pa.121.accendebat.
Pa.123.querebantur.
Pa.124.audeat.
Pa.127.ſequeretur.
Pa.139.impendet.
Pa.142.Anneus.
Pa.143.antholog.
Pa.152.remquepublicam.
Pa.158.ablegabat.
Pa.160.quoquo.ibid.illuſtrior.
Pa.165.καλυβοποιοῦνται.
Pa.166. כח בבל השדורה ibid. הנה משלך.
Pa.169.prohibente.
Pa.172.atque ibid. venerit.
Pa.182.dedidicerat. ibid. reſpondit.
Pa.183. ענה ibid. יהוה אל לכו. וימר.
Pa.184.timere.
Pa.193.ἐλεῖερ.
Pa.187.rerum.
Pag.188,quidam.
Pa.193.mortibus.
Pa.194.dant.ibid.oſtendit.
Pa.201. ויבעט. ibid.Iſraelulus,
pa.203.hiſtorias.
Pa.204. הימים.
Pa.205.viuunt.
Pa.208.appropinquantem. ibid. confidentem.
Pa.212.ἐλαίας.
Pag.213.inania.
Pa.214.Noricum.
Pa.216.κατὰ.
Pa.217.confeſſus.
Pa.236.aſtipulante.
Pa.239.diſcrepamus.
Pa.251.deſcenſio.
Pa.273.regione Italię.ibidem cętera.
Pag.274.παραγογοῦ. ibidem ξέρξης.
Pag.276.ni copię.ibidem aucto.
Pa.278.omina.
Pa.290.expectarent.
pa.293.πατέρων.
pag.295. ירושלים ibid. correctio.ibid.Leuia.
Pa.313.hebent.
pa.314.deterreo.
pa.323.Traiani.
pa.233.ῥωμαῖοι.
pa.326.βίας.ibid.omnis.
pa.328.πίνδος.
pa.333.Chium aſperam.
pa.338.textore.
pa.339.in ſolutum.
pa.358.indigetatur.
pa.360.φράσις
pa.366.diſtrictos.
pag.371.ἰσχνότητος.ibid.λέγει.
pag.377.Senecam.
pag.378.attollebantur.ibid.Romana.
pag.379.vanus.ibid.diu.

EGo Fr. Baptiſta de Finario Inquiſitor Genuen. vidi hoc opus D. Iulii Salinerii Iureconſulti Sauonenſis inſcriptum Annotationes ad Cornelium Tacitum nihil habens S. R. E. ac fidei, aut bonis moribus contrarium.

Fr. Baptiſta vt ſupra manu propria.

Camillus Hectorius Vicarius Archiepiſc.

GENVÆ,
EX TYPOGRAPHIA
PAVONIANA.
MDCIII.

ERRATA ANIMADVERSA AB AVTHORE.

PAgina 10. γὰρ ibidem. μεγαλύτερον.
Pag. 12. vnquam.
Pag. 13. Thucydide. ibid. Olori. ibid. extrema græca tetraſtichon.
Pag. 14 γενόμενος.
Pag. 15. genuere.
Pag. 16. proſecutus.
Pag. 19. cerebrum. ibid. Adelph.
Pag. Marſos.
Pag. 26. clarius.
Pag. 28. veruntamen.
Pag. 30. ferocior.
Pag. 36. ὠργίζετό τε. ibid. eclog.
Pag. 37. iacieus.
Pag. 42. græca diſtichon ſunt.
Pag. 44. prima græca tetraſtichō, ſecunda diſtichon.
Pag. 45. Sethoſi.
Pag. 46. literæ. ibid. nondum.
Pag. 50. principes. ibid.
Pag. 55. conſuluere.
Pag. 56 mox daturos, progeniem vitioſiorem. ibid. Saty.
Pag. 57. ratiocinatur.
Pag. 59. DCCLIX.
Pag. 61. exſequias.
Pag. 63. præterierat.
Pag. 64. Mart. L.
Pag. 65. quanquam.
Pag. 66. pœnam.
Pag. 67. exſul. ibid. reliquerat.
Pag. 68. difficultates.
Pag. 69. quæſtione. ibid. adminiſtratæ. ibid. mortem.
Pag. 78. poſt illa, niſi ex eius verbis, vſque ad illa, nimirum vt is, ſubſtituenda ſunt minutis literis ſequentia, vt metus ſuos ſenatui fateretur, amouerique ſineret.
Pag. 79. repræſententur.
Pag. 81. miniſtram. ibid. decebat.
Pag. 83. ecl.
Pag. 85. imperatore.
Pag. 88. anni. ibid. continuumq;.
Pag. 90. miſſus eſt. ibid. Si quę. ibid. quæ.
Pag. 92. Gradiue. ibid. Thraſullū.
Pag 94. nonnulla.
Pag. 97. illa verba ab Hucuſque ad inhærebimus, reijcienda ſunt poſt finem ſequentis annotationis.
Pag. 98. implacabilius.
Pag. 100. qui abſurdioribus credulus erat.
Pag. 106. formidoloſum.
Pag. 107. ἀντιφραστικῶς. ibid. inducebat.
Pag. 110 mœnia.
Pag. 111. inoriretur.
Pag. 112. ἀθλωαίων ibid. δραμών.
Pag. 113. poſtilla.
Pag. 114. flocciſeciſſe.
Pag. 115. exſequendam.
Pag. 118. cohortes.
Pag. 132. antholog.
Pag. 137. exſequatur.
Pag. 148. ἐναντία.
Pag. 156. inhiauerat.
Pag. 161. exhibuit.
Pag. 164. a latebris.

Pag. 170, παρὰ. ibid. ἐυπρέξητε.
Pag. 172. μεταξυλογία. ibid. Veneria non.
Pag. 177. defraudatus.
Pag. 178. ſ dem haberet.
Pag. 180. commeatibus.
Pag. 182. vt vt.
Pag. 188. quidam.
Pag. 194. oſtendit.
Pag. 197. & ſtatim amiſſæ cohortes, minutis literis ſcribenda ſunt.
Pag. 198. ab hac pagina vſque ad Pag. 288. pro Hiſt. Iulij, ſcribe Ann. Iulij.
Pag. 208. hiſtorias.
Pag. 206. ἐνδὲ.
Pag. 209. Thucydides.
Pag. 210. pœnas.
Pag. 212. ſolitis ibid.
Pag. 213. ſolitis ibi.
Pag. 215. Myrmidonum. ibid. μυλησίου. ibid. οἰκουμένας.
Pag. 216. οἰκιδηίσης.
Pah. 217. crimen confeſſus.
Pag. 218. pœnam.
Pag. 226. a fecit vſquè ad non itidem, incluſa literis minutis ſcribi debent.
Pag. 230. ני המלחמה
Pag. 232. nimium.
Pag. 236. πλεῖστα. ibid. neceſſariò.

Pag. 239. ἐυ᾽αντιώμεθα.
Pag. 240. in luco. ibid. nunquam.
Pag. 242. & quidam.
Pag. 250. Primo.
Pag. 251. deſcenſio.
Pag. 253. inhiabant quod.
Pag. 255. Gens, eſſe debet principium annotationis.
Pag. 259. Impendet.
Pag. 261. Vitellianus exercitus.
Pag. 263. cum Flauianis.
Pag. 268. Abditi, principium annotationis.
Pag. 271. ſæpe.
Pag. 276. ea re.
Pag. 284. depræhenditur.
Pag. 287. Cuius, principium annotationis.
Pag. 292. opu'ſt.
Pag. 293. ἱερόσυλα.
Pag. 294. videbunt pacem. ibid. πλάγχθη. ibid. per artem.
Pag. 307. clamantem.
Pag. 317. εἰς δὴν.
Pag. 318. ἅμα δὲ καὶ.
Pag. 351. Reuerendiſsimi.
Pag. 354. viros. ibid. τοσούτων ὅσαι
Pag. 366. exſequemur.
Pag. 367. Secundus. ibid. eas. in primo folio mendarum numero 166. כה. ibid. numero 276. aucto.

347

348

FINE

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 95
Tel. 889 223

372